

lula ad solem, velut arena ad totum orbem comparata. Jactent ergo mundanitas divitias, jactent hominum applausus, jactent Principum favores, tu, o anima Christiana, ne illis invideas suam felicitatem: felicius es, tantoque felicitior, si Dei amica es, quanto Deus omnes terra Monarchas dignitate excellit.

*Beneficium justificationis est prorsus gratuitum.*

5. Crescit hoc amicitia Divina beneficium ego, quod prorsus gratuitum sit; neque enim vel ex parte tui, vel ex parte Dei ullus iustitiae titulus inveniri potest, ex quo tibi debeat: non ex parte tui, quemadmodum enim homo creationem suam neutriquam promereri potest, eo quod operari non valeat, antequam sit; ita, postquam in peccatum lapsus est, facere nihil valet, quo justificationem suam mereatur; quia Deo exorsus, & obdibilis est. Immo S. Augustinus (*in Jo.*) beneficium justificationis longe majorem estimat, quam beneficium creationis. Qui consonat S. Th. inquit: (*1. 2. q. 113. a. 9.*)

*Motus est operis justificationis impetrari, non crediti titulus.* Sed neque ex parte Dei ullus est iustitiae titulus; an enim Deus indiget tui?

an non exarsit magnus, sat beatus sine te? nulla profusa ratione; felicissimus foret, ut ut aeternum periret. *Dei Domino, Deus meus et tu, quantum honorum meorum non eget.* (*P. 15.*)

Quantum igitur erat beneficium Dei, cum te sine ullo merito, propter nimiam suam caritatem, ut loquitur Apostolus, (*Eph. 2.*) ad gratiam suam vocavit! Magna est gratia Regis, si Nobilen, ac generosum in aula sua optinatum eligat: ut si hominem eligeret ignobilem, mendicium, bardum, stupidum, ineptum, quis satis posset mirari? &c. Hac tua est gratia, tibi collata: quid ergo agis? qua gratitudine Deo compensas tantum beneficium? quid moraris cum hodierno leproso magnificare Dominum, in faciem proclivere, & gratias agere?

6. Alterum beneficium, quod ex justificatione procedit, fundatur in eo, quod homo absolvitur ab aeterni supplicii reatu; eo ipso enim momento, quo peccat graviter, reus est gehennae, & si in statu peccati tunc moreretur, damnatus esset. O homo, intropice per infernales clathros in infernum illum damnatorum carcerem, & bene perinde, quid sit infernus; Tertullianus (*de anima.*) ait, esse terribile profundum. Hugo Victorinus (*l. 4. de anima c. 13.*) esse barathrum, in quo portae spei claudunt, & desperationis aperta sunt. S. Greg. (*ap. S. Pet. p. 140.*) ait: in inferno erit frigus intolerabilis, ignis inextinguibilis, vermis immortalis, foetor intolerabilis. &c. Excogita omnia totius mundi bona, & scio ex omnibus nec unicum reperiri in inferno: ibi nulla pax, nulla requies, nulla satisfactio, nulla spes, nullum gaudium, nullus ordo, sed sempiternus horror, planchus,

& stridor dentium. Considera totius mundi tormentis, congere in unum cumulum dolores omnes, quos vel sancti Martyres, vel malefactorum, in equaliter, in carceribus, in rogis perpessus sunt; & scias velint, hac tormentis omnia, ad infernum comparat, non efficiunt ignem piculam ad ignem verum. &c. Sed ecce: ab his malis omnibus, o homo, liberatus es, quamprimum iustificatus es, revocata est aeterna damnationis sententia; deletus est chromatophorus peccati, rupti sunt laquei, & caetera demonia quibus te iunctum tenebat. Et parvi pendis hoc tantum beneficium? Magna, & admiranda fuit Dei caritas, qua populum e servitute Aegypti, Abrahamum ab igne Chaldaeorum, Lothram flammis Sodomae, tres pueros e fornace Babilonica eripuit. Sed hoc beneficium amicus tuis exhibuit: nunquid major est beneficentia Dei erga te, cum te inimicum suum ab inferno praeservavit? O quam felicem reputas, si genus maleficium, qui dum jam nunc ad patibulum rapitur, ultima scelus suum supplicia daturus, subito a Principe, mutata sententia, vitae gratiam consequatur, quanto felicior es, qui, dum non temporaneus, sed aeterna mortis reus, ad gehennae incendia raptabaris, in Dei gratiam fuisse receptus? forte arderes nunc in inferno: forte hoc momento, quo tecum loquor, hi oculi tui, haec aures tuae, haec nares tuae, hoc os tuum, haec praecordia tua, haec viscera tua plena essent igne, ac dolore, nisi benignissimus Deus ex sua Bonitatis abyso de statu peccati ad statum gratiae te revocasset. Quid agis? qua gratitudine Deo compensas tantum beneficium? O si sapias, velut hodiernus leprosus gratiam te exhibe, & qui, ut vidit, quia mandatus est, regressus est cum magna voce magnificans Deum, & cecidit in faciem suam ante pedes eius, gratias agens. (*Luc. 17.*)

7. Tercium denique beneficium, quod homini per justificationem conlatur, consistit in adoptione filiali, vi cuius in Filium Dei, & regni caelestis heredem assumitur: postquam quidem liberalissimus Deus ita homini peccatum remittit, ut eum in suam amicitiam admitteret sine gloria caelestis collatione: noluit tamen id facere, sed quibus peccata remittit, illos etiam in filios, & coheredes gloriae suae adoptat. Hinc oritur illa spes, qua iustificatus inter quascumque tribulationes marum quantum exultat. Homo iustus in morbis, in persecutionibus, in paupertate, in afflictionibus serenum semper frontem, & animum hilarem gerit: sicut enim una guttula abyssi integrum ollam mellis amari non potest, ita haec expectatio aeterni praemii omnem tristitiam inter quacumque mala absorbet. O mi homo, attolle oculos! Intueere hunc solem, hanc lunam, haec sidera: haec sub pedibus tuis erunt: noli querere cum Davide (*P. 72.*): quid michi est in caelo? factus enim tibi dictum sit, quod calum sit antitribus inferni: sicut enim in inferno nullum invenitur

tur bonum, sed cumulus omnium malorum; ita in caelo nullum invenitur malum, sed cumulus omnium bonorum. Pinge hominem illum maleficum, de quo paulo ante diximus, non tantum a patibili supplicio liberatum, vitae gratia donatum, sed insuper in filium Regis adoptatum, corona, torque aurea, amictu regali exornatum, pro quo factis admiratione capere posses saltum illum, quo homo iste ab infimo infernitatis gradu ad summum gloriae apicem ascendit? Ea, haec tua quanta est felicitas et mancipio conditionis in filium aeternae adoptionis migrasti: hi oculi tui merebantur intueri infernales demontium larvas; nunc, Deo miserente, destinatur ad videntiam in caelo Dei faciem: haec aures tuae merebantur audire blasphemias damnatorum ejulatus; nunc destinatur ad audiendo Angelice symphoniae concentus. Haec nares tuae merebantur odorare sulphureum foetorem; nunc destinatur ad olfaciendum odorem suavitatis. Hoc os tuum merebatur passiliquato metallo, ac serpentum veneno; nunc destinatur ad gustanda mella caelestis symphoniae. Hoc corpus tuum merebatur infusari interminabili gehennae incendio; nunc destinatur ad eam gloriam, qua supra solem meridianum fulgebis. &c. O quam mirabilis haec mutatio dextera. Excelle! certe si haec satis caperes, o homo, na tu totus absorptus, & quasi stupore extaticus incederes, na tu sine intermissione clamares; unde hoc michi, quod invenierim tantam gratiam coram Deo meo? unde hoc michi? &c. &c.

8. *Epilogus.* Age igitur, ne obligationi tuae desis, cum hodierno leproso in faciem proclivere, magnificans Deum, gratias age, quod a lepra peccati mundatus sis. Recole aeterna memoria illam inspirationem, illam conclusionem, illam Confessionem, auream illam horam, qua peccatore in iustum transiisti; de hac hora merito affirmare potes illud: *Venerunt michi omnia bona propter te cum illa.* (*Sap. 7.*) omnia bona; quia rediisti in amicitiam Dei. Omnia bona; quia liberatus sum a reatu gehennae. Omnia bona; quia adquisivi jus filiationis, & hereditatis aeternae. Amen.

Dominica XIII. post Pentecosten.

## CONCEPTUS II.

De detestabili ingratitude vicio, praesertim hominis peccatoris erga Deum.

*Non est inventus, qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi alienigena.* Luc. 17.

## EXORDIUM.

*Gratitudo laudabilis virtus, e contra ingratitude detestabile vitium est.*

1. Audabilissimum assuetudinem tenuit Rex ille, de quo Doctus. Speranza (*script. sch. p. 156.*) testatur, quod omnia tibi col-

lata beneficia in ephemerides retulerit: constantiter habebat secum annales, & siquid ei a subditis obsequium praestitutum, illud diligenter annotavit, dataque occasione cogenda remuneratione compensavit: sciebat praesidentissimus Rex, non esse potentiorum hamum ad attrahenda hominum corda, quam gratitudinem; nescio enim, quo instinctu natura ordinat, ut non alios magis homines, quam gratos, & beneficiorum memores diligamus. Contra abominabile vitium est ingratitude, nullaque pote avertionem rationi naturae adeo consentiant esse, quam erga ingratos; hinc passim audiuntur gravissima, & praeter ceteris sentibiles querimoniae parentum contra filios, patronorum contra clientes, amicorum contra perfidos sodales, dicentium: Ego huic homini tot tantaque beneficia contuli, ad honorificum officium promovi, a mortis periculo liberavi, in necessitate operam tui, & nunc me despicit, demergit, deserit, offendit, & persecuitur. &c. Hanc virtutem dilaudat v. v. v. Benignissimus Redemptor: laudat quidem virtutem gratitudinis in illo leproso, qui post receptam sanitate rediens, grates reulit Divino Benefactori; perstringit autem vitium ingratitude in ceteris, qui accepti beneficii immemores emanescunt. Christiani Auditores! an quisquam est ex vobis, qui Deus non plura contulit, quam huic leproso? considero cum nosmetipsos tam corpore, quam anima tenus, & videbimus nos esse vala plenissima Divinis beneficiis. Hoc tamen non obstante, quotquotque est, qui sondigne gratum se exhibeat? In necessitatibus in periculis, ut cum Bernardo (*ap. S. Pet. ubi supra.*) loquar, satis impotente petimus, quod nobis desse cognoscimus; sed pauci admodum sunt, qui dignas super accepti beneficii gratias agere videantur. *Non est inventus, qui rediret, & daret gloriam Deo.*

2. *Propositio.* Quae agite, cum ingratitude vitiis adeo detestabile sit, ut non dubitavit Publius Mimus (*ap. Basilium in Pant. V. ingratitude.*) affirmare: *Maledicta est anima, quae ingratum deserit:* adeo vobis ante oculis statuat huius sceleris deformitatem, idque cum in animam, ut nonnunquam Divina beneficia praesertim hoc tempore missis, qui Deus vobis fructuum abundantiam largitur contulit, recolentes cum S. Davide deliberetis: *Quid retribuam Domino, pro omnibus, quae retribuit michi? Felicem me, si hoc intencum consequar; fiet enim, ut eliminetur omne peccatum, utpote quod committi contra Deum non potest, nisi ab ingratis. Favete.*

*Ingratitudo triplex est.*

3. *Divisa.* Ingratitudo recte describitur, quod sit culpabilis omnino gratitudinis debita, & quemadmodum alia quaevis vitia, ita & haec habet suos gradus, & augeantur; practice autem, prout insinuat ingeniosissimus Seneca (*ap. S. Pet. l. c. & ap. Lobn. Bibl.*), tres sunt gradus ingratitudinis.



itudinis: primus, isque oppido malus est: *Beneficium non compensare*. Alter, isque peior est: *Beneficium oblivisci*. Tertius, isque pessimus est: *Beneficium malefalia rependere*. Perstringamus hos gradus, videamurque, an in aliquo, aut in nullo non conscientia accuset.

#### §. I. Beneficium obligat ad obsequia ultionis.

4. *Confirmatio*. Prima igitur ingrati animi nota est collatum *beneficium non compensare*; sciendum enim est, ex quovis beneficiorum reciprocam obligationem, tenerique beneficium, ut praestita sibi bona mutuis, isque gratis obsequiis liberaliter recognoscatur: dico *gratis*, ut videlicet compensatio ipsi beneficio, quod aequae gratium, & liberale est, correspondeat. Quare, cur gratitudo, tamquam virtus adeo nobilis, a Deo in Decalogo non fuerit praecipua? respondetur; quia eo ipso exeret naturam gratitudinis, si praeperta foret. Patriarcha Noe omnia fecit ex praescripto Dei; fabricatus est arcam, distinxit mansuetas, introduxit animalia, alisque omnia ex ordinatione Divina composuisti, excepta sola oblatione, atque vice: cur non expectavisti praecipuum Domini? respondit hic S. Ambrosius (*1. 2. de Noe & Arca c. 6.*): *Intellexit nimis, cum verum gratiarum actionem esse, quae non jubetur, sed desideratur; qui enim debitum gratia, ut a se exigatur, expectat, ingratus est.*

#### Prima ingratitude nota, beneficium non compensare.

5. Notent hoc sibi Christianorum permulti, qui Divina beneficia pleno quidem ore devorant, nihilominus de debita gratitudinis compensatione parum solliciti sunt: putant, festis superque Deo gratos esse, si ea praeperta, ad quae summo legis rigore obstringuntur, ut comque observent. Erratis, mei Christiani, erratis: ad ulteriora, etque aliunde non debita obsequia vos obstringit gratitudinis lex: Esto, quod non teneamini ad liberales elemosinas; esto, quod non teneamini ad agrorum servitium; esto, quod non teneamini ad comprecationes horarias; esto, quod non teneamini ad ultionem a certo cibo abstinentiam; esto, quod non teneamini ad fugam vani, & inutilis confortii; esto, quod non teneamini ad alia opera, ut vester, supererogatoria: hac tamen omnia ultro offerre debereis Divino Benefactori in compensationem mille beneficiorum, quae quotidie recipitis. Quid Abraham fecit? mox ut tabernaculum fixit, statim pro facta sibi promissione gratiarum actiones obtulit Domino. Quid Jacob fecit? ubicunque a Deo aliquod accipiebat beneficium, lapidem, five altare erigebat, quasi in marmore illud ad perpetuam memoriam conscribere vellet: Quid Moyses fecit? quid Debora? quid Anna? primus demerso Pharaone, altera devicto Sifara, tertia genito Samuele Do-

mino Deo in gratitudinis pensum canticum cantarunt. (*S. Chryl. hom. 34. in Gen.*) Contra quis non compatiatur pio Regi Ezechia? Iudei reportant victoriam, Assyrii inter necia strage delentur; hostes profugiant; & ecce in medio latitiae Rex lethali agritudine corripitur: quae causa huius infirmitatis? percipite rationem ex S. Hieron. (*in Isai. 11.*): Tradunt Hebraei, id eo agrorasse Ezechiam, quod post auditam victoriam Iudaeorum, & Assyrii Regis interitum non cecinerit laudes Domino, quas cecinit Moyses demerso Pharaone, & Debora interfecto Sifara, & Anna genito Samuele. Audis, mi Christiane? ingratitude Ezechiam lethali morbo affecto: metus, ne & tibi subtrahantur beneficia, & subtrahantur infirmita, si adeo tenax, & illiberalis sis erga Deum, ut nihil ultra debita, & praeperta ipsi cogites offerre: est enim nimis quam certum, Deum eadem vel tenacitate, vel liberalitate nobis sua dona conferre, quae nos erga ipsam serimus.

#### §. II. Altera nota ingrati beneficium oblivisci.

6. Altera, eaque longe peior ingrati animi nota est: *Beneficium malefalia rependere*. Deum immortalem ergone invenire est ea ingratitude portenta, quae erga beneficentem suum immo erga Deum se habent, sicut hedera erga arborem, cujus auxilio quidem in altum assurgit, sed una simul corrumpit, ac destruit? (*Plutarch. in Moral.*) an invenire est ejusmodi ingrati erga solem, a quo quidem in sublime attrahitur, sed dein attractoris splendorem obstat? (*Prophet. Dom. 13. Pent. text.*) An invenire est humilium ingratos, qui erga Deum se habent, sicut mare erga flumina, a quibus quidem dulces aquas recipit, sed amaras refundit? Eheu ita est invenire est ea hominum monstrum: atque hac ingratitude hominum non solum infra conditionem brutorum obijit, verum & ipso damno peiorem quodammodo facit. Agitur quaestio inter Doctores, cur diabolus non sit cooperatus Regi Saul ad occidendum Davidem, cujus mortem non una tantum sed pluribus modis beneficentem fuit: an quatenus respondendum notandum est, Davidem fuisse optimum, maximumque beneficentem Saulis; vixit enim eius inimicum Goliath, compescuit cythara spiritum ejus malignum, aliaque plurima illi beneficia contulit: his praedispotis respondet ad quaestionem propositam Didacus Celada (*ap. Mich. a. Cantu. cent. 17. h. 2. n. 4.*): Democritus non cooperatus Regi Saul ad occidendum Davidem, quia, quamvis inceptor sit omnium malorum, nihilominus ipsiusmet erubuit tam decumanam ingratitude, qua Saul cupiebat nocere summo suo

Benefactori: verba allegati auctoris sunt: *Democritus non fuit ingratus Sauli cooperari, indecorum sibi reputari ultra ingratitudei naturi, qui omnibus virtutum notis decoratus est*. Ecce erubescit diabolus mala pro bonis rependere, & homo non erubescit?

8. Fingite Regem potentissimum, qui aulico cuidam immensum aurorem summam donat; perverissimum autem aulicum haec summam pecuniarum capitali Regis in mico tradit, ut casso exercitu Regem oppugnet. Nonne tam enormis ingratitude mille, mites promeretur? Et ea tamen ingratitude, ignoscite Auditores, multoties nostra est. Contra populum Israel conqueus est olim Dominus (*Osai 2.*): *Argentum multiplicavi ei, & aurum, quae speravit Baal: Sed & contra nos has querelas sapinimero fundere potest. Nonne tuli multi, quibus Deus opes & divitias abundanter contulit: quid rependunt? has ipsas divitias in luxum, in luxuriam, ad usus, & scelera usurpant. Nonne sunt, quibus Deus bonum ingenium dedit? quid rependunt? hoc ipso ingenio ad obsecram poenam, ad ineptias, & scelerissimos sales abutuntur. Nonne sunt, quibus Deus uberem messem, & ut quidem abundantiam largitus est? quid rependunt? in his ipsis frugibus perculunt, ita ut nec ipsa messis, nec agri, nec horrea a turpibus iocis, & petulantibus impudentia sint immunes. Nonne sunt, quibus Deus robustum valerudinem haecenus conservavit? quid rependunt? hanc ipsam valetudinem in conditis haustibus, ebrietatibus, risis, & desidiis destrunt. Taceo plura Dei beneficia, de quibus merito conqueitur Dominus Deus (*Psalm. 34.*): *Restituebant mihi mala pro bonis: quomodo? quae mala? pro quibus bonis? percipite responsum S. Augustini (in Psalm. 34.): Ego autem secunditatem, ipsi restituebant servilitatem: ego vitam, ipsi mortem; ego honorem, ipsi contumeliam; ego medicum, ipsi vulnere. Graphica exprobratio quam quilibet sibi ipsi poterit applicare.**

#### §. III. Tertia nota ingrati pro bono mala rependere.

7. Tertia denum, eaque pessima nota ingrati animi est: *Beneficium malefalia rependere*. Deum immortalem ergone invenire est ea ingratitude portenta, quae erga beneficentem suum immo erga Deum se habent, sicut hedera erga arborem, cujus auxilio quidem in altum assurgit, sed una simul corrumpit, ac destruit? (*Plutarch. in Moral.*) an invenire est ejusmodi ingrati erga solem, a quo quidem in sublime attrahitur, sed dein attractoris splendorem obstat? (*Prophet. Dom. 13. Pent. text.*) An invenire est humilium ingratos, qui erga Deum se habent, sicut mare erga flumina, a quibus quidem dulces aquas recipit, sed amaras refundit? Eheu ita est invenire est ea hominum monstrum: atque hac ingratitude hominum non solum infra conditionem brutorum obijit, verum & ipso damno peiorem quodammodo facit. Agitur quaestio inter Doctores, cur diabolus non sit cooperatus Regi Saul ad occidendum Davidem, cujus mortem non una tantum sed pluribus modis beneficentem fuit: an quatenus respondendum notandum est, Davidem fuisse optimum, maximumque beneficentem Saulis; vixit enim eius inimicum Goliath, compescuit cythara spiritum ejus malignum, aliaque plurima illi beneficia contulit: his praedispotis respondet ad quaestionem propositam Didacus Celada (*ap. Mich. a. Cantu. cent. 17. h. 2. n. 4.*): Democritus non cooperatus Regi Saul ad occidendum Davidem, quia, quamvis inceptor sit omnium malorum, nihilominus ipsiusmet erubuit tam decumanam ingratitude, qua Saul cupiebat nocere summo suo



Dominica XIII. Post Pentecosten.

## CONCEPTUS III.

De efficacia, & virtute Confessionis Sacramentalis.

Ita, *Spiculae res Sacerdotibus.* Luc. 17.

### EXORDIUM.

*Confessio Sacramentalis mire mutat hominem, illique maxima bona confert.*

**R**isu dignissima est illa Pythagoricorum, & Platoniorum stoliditas, qui credebant, ad lyram Amphionis, & Orphei revera arbores, & taxa moveri: (*Delio l. 1. dist. c. 3. & 4.*) Nec minus heteroclitus est error Originis, Agippe, Paracelsi, Plinii, aliorumque, qui in verbis veluti radiis rerum, quamdam vitam statuentes, a natura illa crediderunt diffusam ad quodvis grande prodigium patrandum; ita, ut unica voce patris calum posse filii, elementa confundi, vivis animam tolli, mortuis vitam restituere, Hi legerant fortasse Zoroastrem cantilenis suis, velut scorponibus usum, ut ignem acciperet; legerant, Pythagoram ita cicuta aquam, ut cum illa quotidie prolixo discursu traxerit; legerant Ericum, inter Gothos capillorum motu ventos commovisse; legerant Ciceronem, notam apud Homerum Ilygiam, amatores suos, ad se accedentes, in varias brutorum facies transformasse; & cum hac omnia aut ficta fuisse fingantur, aut ope demonis ficta sint, putant illi ex efficacia quorundam male articulorum verborum provenisse. Enimvero si a fabulis ad historias transire lubet, dilaudato vobis hodie praefygias longe faciliore, verba longe efficaciora, quibus hominum quantum mutatur, conscientia tranquillatur, dæmon in fugam agitur, & ipsa denique mitigatur incommutabilis Dei sententia. Quæritur, quamvis sint hæc verba? sunt verba Sacerdotis: *Ita, egredite res Sacerdotibus.* (Luc. 17.) præcepit hodie Salvator leprosis: illi iurunt, & se ostenderunt: quid evenit? sanati sunt, absteris est lepra, rostris valetudo. Idem hodie dicit contingit; si illi peccator conscientiam, immundissimam scelerum lepra obstat, Sacerdos aperiat, eorum confesum vi verborum sacerdotalium transit ex leproso in mundum, ex ægro in bene valentem; ex peccatore in innocentem.

2. *Preceptis.* Longior, Dilectissimi, de verbis Sacramentalibus in Confectione: atque de horum efficacia hodie agere conitui. Viacitibus, quantum tam salutaris remedia innotuit a nobis exigit gratitudinem.

*Tranquillat conscientiam.*

3. *Confirmatio.* In primis volo, ut pro indubitato habeatis illud etiam histori. (12. Jo.

*filio.) Nulla pena est gravior pena conscientie. Quæ fixerunt Poetae de rota Ixionis, de saxo Siphii, de supplicio Belidis, non adæquant tormentum animi, male sibi confecti. Mala Conscientia juxta Tullium nullam concedit quietem Orestis, juxta Macrobius nunquam statat vulturem rodentem cor Titii, & juxta Lucanum est carnis continue equuleo dissensans, juxta Plutarchum est terredo omne solatium corrodens, juxta Pythagoram est fontem omnis timoris, juxta Menandrum est corruptio omnis miseræ: quid multis? postquam hæc languiluga alligatur cordi alicuique, ita illud exsugit, ut vitam ipsam morte infeliciorem reddat. De quodam milite legitur, quod infansulo quodam oculo ita a lævo conscientia carnis capere valens, ultro se iudicis stiterit, mortemque maluerit, quam eam animi carnisque sustinere. Verum dicite, quid verbo poterimus tranquillare? respondeo, sola Confessione.*

4. *Prodeat nunc peritus Calvinus, dicatque Confessionem esse crudeliter conficiendam conscientiam: eum mendacii arguet S. Laurentius Justinianus (de Disciplina. Mor. c. 19.) a quo vocatur: Sinus peccatissimus, in quo hominum conscientia vestigantur.* Appello hæc ex parte ad experientiam omnium nostrum. Est aliquis ex nobis, quem anxietates, scrupuli, ac dubia magis exagitant, quam Dædalus fuerit intricatus in suo labyrintho? Est aliquis ex nobis, quem timor inferni cruciat, pudor exanimat, confuso tormentat? nonne quamprimum Confessionem oblit, omnia erant quæta, omnia pacifica? ita omnino est. Verissimum liquidem illud Maximini: *Penitentia fractus est impassibilis nimis.* Mox ut verba absolutiora Sacerdotis audit, transire tranquillæ, incipit abundare lætitia, ac perfrundi solatio. O quam bene igitur cullibet peccatori male habenti ommi postest illud Seneca: (*Epist.*) *Prejice, quæcumque cor tuum inveniunt, quæ si aliter extrahi nequeant, cor ipsum cum illis accedendum erant.*

*Dæmonem superat, ac vincit.*

5. Verum sistite, siquidem non solum vermis conscientie est, quem vellem supprimi: sunt apud nos turba, in inferno nidificantes, quæ longæ aeris nos inflectant, atque contra hæc inspicere, videlicet demones non est in mundo efficacior incantatio, quam Confessio. Deroritur quidam Dei Famulus, cum morti proximus demone, quem communius assistentem credebatur, cum S. Martino allocutus fuisset: *quid hic adhas, contra bestiam?* (*Castorius l. 1. c. 38.*) cum postea adjuravit, ut eiceret, quid demones in mundo pessime haberet? dæmon, a Deo coactus, respondit: *Nihil est in Ecclesia, quod tantum nobis nocet, quod sic vincitur, et eruitur, quam frequenter Confessio.* Idem Afronius Monacho confitenti tenebrarum Princeps testatus est verbis: *Confessio tua Afronius magnæ meos hodie contrivit vitæ.* (*Ex ejus allii Dæmon.*)

6. At-

6. Atque hæc de causa in nulla re magis laborant demones, quam ut homines a Confessione retrahant: illi Patri-Familias, illi juveni, aut puella facile permittunt, ut elemosinas erogat, ut Ecclesiam frequentet, ut opera pia exerceat; at si in sequentem diem Confessionem decernat, ecce, e vestigio vesperi cuncta lenegoria obijciunt, omnes confusiones domesticæ procedunt, omnia oblacula se ingerunt, ut eum impediunt. Talis expiratur, dæmonem nil pejus, quam Confessionem odisse. Quamvis enim hujus rei ratio? non alia, quam quia dæmon per Confessionem non minus, quam ipse poenitentem confunditur, & in ruborem datur: Poenitens Adalhardus, ad Confessionem pergens, & ad demone interrogata, quo iret, respondit: *Vado confundere & te, & me.* (*Castorius lib. 3. c. 13.*) Quamvis enim post Abolutionem Sacramentalem non semper videamus malignum spiritum visibiliter a poenitente discedere; nihilominus in qualibet Confessione integra certum est, quod magno rubore confundatur: quædam peccatis ligati sumus, trahimur captivi, veluti jumenta, sed mox, ut ligamentis soluti sumus, dæmon ligatur, & in infernum relegatur. Plus dico: Quamvis infernalis inimicus lineos habeat oculos, tamen si sacro hoc facino ingreditur, non amplius agnoscere valet peccatorem, qui pullo ante lucis erat; et quod per Confessionem nova quasi creatura efficitur. Quis salutaris me arguet? nonne Sacerdos ille impurus, & adolefens lascivus a diabolo agniti non sunt post Confessionem? Nonne ille Hybernus, qui triginta annis iniquam manibus gerebat diabolica levitatis signum, per abolutionem deleteris characteribus, a diabolo non fuit agnitus? (*Specul. Eccl. l. V. Confessio*) Quodsi aliquis sit, inquit Carythosus (*prof. in Com. in Isaiam*), qui trucelementum hostem metuat, habet armamentarium, quo validus omni Achille fe contra illum manere poterit. Quale est hoc armamentarium? reponit S. Doctor: *Penitentia est adversus diabolum armatura.*

*Placet irrandium Dei.*

7. Nequid his limitibus circumscribitur utilitas Confessionis: a sum dicere Confessionem esse armaturam etiam contra ipsum Deum; quia, ut ita dicam, in animo Dei extinguit, & obliterat omnem peccatorum memoriam: ita affirmat Cyrillus: iniquus, *Confessionem inducere quandam amissionem Deo*; hoc est, oblivionem omnium præteritorum. O felix nuntium, peccatores! mox ut peccata vestra in Confessione exponitis, eadem in mente Dei deletis. Bonus latro conterritus, dicens: *Nos quidem digna se Accipimus.* (Luc. 23.) & confectum loco poenæ premium recipit, hodie metum est in Paradiso. (3. Reg. 12.) David confitetur: dicens: *Peccavi, & tribus syllabis quam longissime vindictam Dei depulsi, ita ut audiret a Natham: Dominus transfudit peccatum tuum.* Filius prodigum tantum adhuc cogitabat de facienda Confessio-

ne, & quantum ei gratiam peperit hæc cogitatio? tantam, ut aiat Nyssenus (*de Orat. Dom.*): *Etiam Confessio meditatio aditu facilem est Patrem efficere.*

8. O Dilectissimi Christiani! Profecto valde obtrigramur Deo, quod nobis tam facile perberit remedium, quo cum conciliare possimus offensum, inimicum exarmare, & quasi violentem percurrere, ad poenitentiam reducere. Magna sane res est, quod Deus, sui honoris adeo zelosus, impissimo, pessimo, insolentissimum peccatori condonare cogatur rapina, furta, perjuriam, simoniam, sacrilegia, neces, parricidia, fornicationes, stupra, adulteria, incestus, Blasphemias, hæreses, apostasias, ac quodcumque scelus, dummodo id auri Sacerdoti committatur, & hoc non solum femal, sed septuagies septies. Dicite an hic sit aliquis, qui libidine exhaustus, utaris dives, mille injustitiis gravatus, omnibusque sceleribus conquinatus se a Deo totaliter derelictum conquerat? si quis sit, ego eum compello: O te miserum! O te infirmum! qui nullo modo agnosces tuam medicinam! an non scis, quod Confessione possis sanari? audi: tuam verba te peccatis expedit, Deo brachia ligabunt, ita, ut quamvis centenis vicibus te iam abjecerit, jam te amplexatus sit, atque basitatus. Est feverus, non di fitor; sed erga eum, qui necit uti hoc salubri remedio: abiecit, damnavitque non vestram vestem aspidem, sed ob nihil aliud, nisi quod audiret scelus sibi obiectum, illud non fuerit confesus: *Obvultus.* (*Matth. 22.*) O utinam tibi recentiora possent cathalogorum, qui confitendo peccata viderunt ea e libro Dei deleta, & oblitata.

9. Age, aperi librum, quem vocat Speculum Exemplorum (*P. Confessio*), lege, quod de quodam adolefcente tibi restat. A parentibus missus erat Parisius, ut archibus liberalibus vacaret; sed loco discipuli malarum, scitus est Magister impietatis. Nemo illo lascivior, ac mo scandalosior. Sæpe illum Germanus frater admonuit, ut resipisceret; sed furdo canebat. Quare Deus loqui cepit, sed loquela iracundia: maligna febre juvenem afflixit; feebat ille pustillanims, & tor scincorum innotu pene desperabundus. Una nocte fe Pater æternus illis spiritibus præbuit, sententiamque fælem, tanquam in eum, qui creatus ab usibus fuerat, fulminavit. Sequenti nocte fe illi obijcit Filius spiritus coronatus, & postquam eum rursus condemnasset, e latere sumptum sanguinem in ejus faciem, tanquam æteræ damnationis testem, projecit. Qui confessus, Auditores? quis non hunc juvenem damnatum crederet? verum obstupescere. Misit adolefens iterato hortatu fratris sui Confessionem in lacrimis obit, & ecce tertio fe Deus sub conspectum manus dedie, candida vestemictus, columbam manu, olivam ore tenens, eumque comiter ad gloriam invitavit, hæc addens verba: *Forti vitius esto, nec de salute vitulis!*

A 2

multe



multum valet potentia ipsa terrifica. Molesti violentiam inferit, ubi inuicibilis, mitis incommutabilis, placat nocentem. Ubiam effis vobis, qui adeo exhorrescitis Confessionem? Audite, quid Spiritus Veritatis dicat: *Vultis inuicibilis, mutat incommutabilis*. Vultis tranquillare conscientiam? Vultis superare typhias potestates? Vultis flectere Deum Omnipotentem? An remedium, Confessio? Pinguat Poeta, Iasonem unotum fuisse a Medea iuuentuti restitutum: quaso, si tale artis arcum ego haberem, nonne vos decerpere lenes illud a me abiditum flagitaretis? En potentius vobis assigno pharmacum, quod animas vestras viziore iuuenti reddere potest. Nonne illud magis asilandum, quam renovatio corporis?

10. *Epilogus*. Quare agite Christiana pectora, si conscientia lincinat, si demon inlestat, si Dei vindicta impendit, ostendite vos *Sacerdotibus*, evomite virus, ad remedium tam salubre festinate. Praesertim hoc sacro tempore, quo Neo-electus Ecclesiae Pontifex, & Christi in terris Vicarius, evulgato per totam Christianitatem jubileo, nos ad poenitentiam hortatur: non fit negotium, quod nos impediatur, non verendum, quae vocem occludat, non fecerum enormitas, quae pusillanimitatem inducat. Cogitate, hoc esse tempus gratiarum, salutis occasione forsitan non amplius, non amplius, dum vivimus, redituram: &c. &c. &c.

Dominica XIV. post Pentecosten.

## CONCEPTUS

Proponitur duplex Dominium, Mundi & Christi, ostenditurque, quam longe suavior sit servitus huius, quam illius.

*Nemo potest duobus Dominis servire.* Matth. 6.

## EXORDIUM.

*Dua hi Dominii sunt Christus, & Lucifer: uterque invitato ad sequendum.*

**G**loriosissimus Patrisarcha Ignatius, Societatis Jesu Fundator, in albeo suo Exercitiorum spiritualium libello inter alia meditationem proponit de duobus vexillis, hodie Evangelio perquam accomodat. In bipartenti campo ex una parte ante oculos ponit Christum Dominum cum labaro crucis, quibus manus animas suo sanguine redemptas sub sua signa trahere contendens, amabili vultu, ac ligna invitato omnes, *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos* (Matth. 11.), & quamvis, angusta, aspera, crucibus, & adversitatibus plena via sit, quamvis castitas, paupertas, & continua subjectio ardua esse videatur: tamen hortatur ad sequendum, promittit gratiarum adjumenta, & aeterna vitae praemia, &c. Ex altera parte Luciferus, cum

inglantente vexillo in folio emittens, una cum mundo, & carne, ac innumerabili sequacium turba non legitur allicere ad sequendum, ostendit viam peramentam, planam, floribus contritam, promittit honores, voluptates, divitias, invitaturque omnes: *Præsumit bonis, dum sanctus, & utamur creatura, tantum in juvenute replebitur*, (Sap. 2.) &c. Et vero neuter vocat fine effectur: avolant sub signum crucis pars quidem minor, sed electior: sub signum Luciferi pars quidem major, sed abjectior. Tu Christiane, quem sequeris? Quis moras trahis? cur resolutionem suspensis? an forte respondes, te velle sequi utrumque, & ita servire Deo, ut non offendas diabolum? actum agis; rem impossibilem affectas: *Nemo potest duobus Dominis servire*: alterutri tergam obvertas necessesse est. An ais, deliberandum esse? pace mea desibera.

**P**rophetia. At ego interim & aures, & oculos tuos fatigabo: aures, vociferando: *Quicumque voluerit ancipiti esse huius saeculi, inimicus Dei constituetur.* (Jac. 4.) Oculos autem, tibi proponendo tyrannidem diaboli, & suave jugum Christi. Miseranda res! quod homo persuaderi debeat, ut Deo praestet servitium, tot titulis illi debitum!

**S. I. Jugum diaboli arduum est, quia deceptor est.**

**C**onfirmatio. In humano commercio sequi unquam fracta fidei reus, & hostis mechanicis convictus fuerit, scient non amplius invenit, & necesse facile quibusdamque denum obsequiis infidelitatis suspitionem expungit: plena sunt magnatum aule suspensioi tragediis. Saepè ex primi hominis optimatibus unus, qui Principi amicissimus, ac intimus erat, si vel levei occultra conjugationis suspitionem incurrit, ex aula facere iustus, in exilium cõditus, aut omnino carnifici traditus est, &c. Mi homo peccator! monitum te velim, vide, qui fidias: cum impostore agis nefario, proditorum pessimum in amicitiam admittis: Quæris, quem illum dæmonem nimirum, cuius servitio te per peccatum addidisti: blanditur quidem, voluptates, divitias, ac mundi honores promittit; sed qua ratione diem tribuere potes illi, qui toties decipit, quoties promittit? Veni, ascendamus illum montem, in quem diabolus Christum Dominum sustulit, & ostendit tibi omnia regna caelorum, (Matth. 4.) Ibi nequissimus spiritus totius mundi divitias promittit Redemptori, si in terram procius sit adoraret. En, nea Christiana anima, adverte fallaciam mendacissimi deceptoris; an enim omnia regna mundi bona propria diaboli sunt? promittit, quod suum non est. Sed demus etiam illis propria esse: tamen aperti mendacii coniecturæ: qua enim ratione promittit omnia? fluxere jam ab origine mundi quinque annorum milia, ego tempore credulos homines magnis promissionibus ad suas partes traxit: si herit promissis, jam non

po-

potest Christo Domino pollicere omnia: si non stetit, impostor est, fide indignus. Audi Chrysolomum (serm. 13.), de fallacissimo veteratore ita loquentem: *Hæc dicit, non quod possit dare, sed fallere, nec promissa conferre, sed ipsa auferre promissionibus, quæ habentur.* Et tu fidem illi tribuis post tot fraudes, & mendacia? O his miser, ac demens! felicitatem illa mundaniam, quam per peccata affectas, non consequeris & simul aeternam perdes.

*Peccatori gravissime laborant.*

**4.** Verum demus, miseros peccatores impetrare illa Bona, quorum spem sibi faciunt: an tandem tam grandia sunt illa, ut digna sint decumanis laboribus, quibus in servitio demonis defudant? Crudeles erat servitus miserissimi Samsonis, quem Philistæ a Dalila proditum oculis spoliarunt, & ad molam asinariam alligatum molere fecerunt: accesserunt afflictioni immensa ludibria petulantis populi. &c. Verum infelicio longe est servitio peccatoris sub iugo demonis: privatur oculis mentis, ne videat aeternas veritates. Alligatur molæ asinaria: *in circuitu enim impij ambulatur* (Ps. 111.); quia nec unicum gestum ad aeternam felicitatem faciunt. Deludant sub onere peccatorum ad latitudinem atque, ita enim ipsimet fatentur peccatores: *Lessus sumus in via iniquitatis*, (Sap. 1.) Quare lassati? quia nimirum, ut ita Simon de Cælia (9. in Evang. c. 17.), *sunt laborati in iniquitate, & quidem labores gravissimi, labores digni tam crudelem tyranno, qualis est diabolus.* Sed pro quo tandem praemio perseverant hæc omnia? Dicitur, Magos, & sagas, dum in nocturnis suis conventibus deliciantur, convivantur, saepe sibi imaginari, quod selectissimis cupidis, & pretiosissimis edulis pascantur; sed si in alteram diem id genus analecta reservant, saepe deprehendunt, quod nil illud fuerit, nisi fordidissimum lutum aut animalium sterora. Mi peccator! non in video tibi tuas voluptates, divitias, & mundi gaudia: scis autem, quidnam sint? Sanctus genitum Apollolus (Philipp. 3.) arbitrat ut iterora, & tu aliquando, cum ad extremam vite horam deveneris, ea omnia, quibus nunc avidissime inhias, taquam spurca, foeda, vana vanissima reputabis: tunc apertis, quos nunc cupiditas excaecat, oculis, videbis recedere voluptates, & te inter extremas angustias turpissime derelinqui.

*Diabolus nunc blandiens, in morte fit crudelis.*

**5.** Omiferrime peccator, quid tunc? in illo terribili aedente aeternitatis articulo, quid solati tibi afferent mundus, caro, quibus fideliter servisti? ubi sunt Dei coram, in quibus habebant fiduciam? — surgant, & optulerunt vobis, & in necessitate vos protegant. (Deuter. 32. v. 37.) Tunc infernalis Tyrannus, qui modo blanditur, detracta tandem larva favere incipit. *Sancti Epilogus, Concionæ. Pars I.*

piet, & loco voluptatum tormenta obrudet: Sacra Scriptura (Judic. 9.) enarrat infelicem mortem Abimelech militis fecleratissimi, qui in offensione Thebarum, cum multitudinis cuidam turri flammis succedere vellet, lapide desuper de lapso percussus, fructoque cerebro, lethaliter lauciatus est: cum mori se sentiret, vocavit armigerum suum, rogavitque, ut se interficeret. Cur vocavit armigerum suum? an inter tot milites non erat alius, qui illi praestaret ferale obsequium? respondet Sanctus Cardinalis Petrus Damiani (contra Cler. in temp. diff. 1. c. 2.), non debet esse alius, qui impium obruncaret, nisi suummet armiger, ille ipse nimirum, qui illi in feclerato bello arma ministrabat. Advertens, O peccator, quid tibi insinuar velim? Nimirum armiger Abimelech diabolus est, ille tibi nunc arma subministrat ad gerendum bellum impium contra Deum, ejusque precepta: at in extremae horæ articulo erit, qui te interficiet, qui mortem tuam aeternam omni industria promovet, qui te in deperationem, & gehennæ abyssum precipitabit. I, servi huius tyranno, excogita habes, quam expectas, mercedem: &c. &c.

**S. II. Jugum Christi suave, quia est fidelissimum.**

**6.** At nunc contra alterum Dominum, id est, Jesu Christi fuere jugum tibi ante oculos colloco, & in omnibus antithese demonstro. Fidelissimus hic Dominus quem unquam decepit? eritne ex tot millionibus hominum, qui unquam sub sole fuerunt, qui alicujus falsitatis, aut deceptionis cum arguere potest? nequiam sane ille, ille dicere vere potest: *qua procedunt de labiis meis, non faciam irrita.* (Ps. 88.) Immo tanta est illius Bonitas ac Liberalitas, ut, quæ indignis mortalibus exhibet beneficia, cum cumulo, & abundantia exhibeat. In testem voco illum, decem millionum talentorum debitorem, qui cum rogaret dilationem debiti, impetravit omnimodam remissionem. (Matth. 18.) In testem voco Paralyticum, qui cum corporis sanitatem humiliter flagitaret, etiam anime sanitatem consecutus est. (Matth. 9.) In testem voco miseram mulierem hamorrhoidiam, qui praeter corporis valetudinem, etiam anime salutem condonavit. (Marc. 5.) In testem voco crucifixum latronem, quem illa ipsa adhuec, quod nec sperare, nec rogare audebat, in gloriam paradisi assumptum. Sancti Evangelistæ multoties annotant illa verba: *ut adimpleturus scripturam.* Ita antequam Dominus in cruce emitteret spiritum, notat laecer historiographus: *us consummaretur scriptura, dixit, fatis.* Quid sibi vult illa adjectio? sanctus Augustinus (opus Sermonum, scripti. se p. 202.) in rem nostram advertit: *Mortuus Dominus Scripturas omnes percurrit, & consummatas jam vidit, solum parum acti in Platino supererat. Et in fide mea potaverunt me aceto* (Psalm. 21.), & animam agens, animam retinet, donec hoc sibi desiderat accedat, nec antea mori vult, quam hoc item degulset.



ut adimpletur scriptura. Ecce, benignissimus Dominus antequam animam in manus Patris traderet, & curavit accuratissime omnem scripturam, & siquid deprehendisset, quod vel de vaticinis Prophetarum, vel de suis promissionibus, vel de beneficiis, unde demum humano generi debitis, necdum esset expletum, certe tandiu adhuc retinisset animam, donec sua fidelitati hac ex parte cessisset satis. O fidelem Dominum! &c.

Jugum Christi leve sit propter gratiam, & alia.

7. Sed forsitan haec ipsa beneficia quae nobis confert, arduis laboribus, & decumanis difficultatibus sunt promerenda? erras, quisquis ista sentis: testatur enim ipse Dominus: *Jugum meum suave est, & onus meum leve.* (Matth. 11.) Leve est propter gratiarum adjuvamenta, quibus nos mirum in modum confortat in observatione praeceptorum. Leve est propter omnimodam conscientiae tranquillitatem, cui nulla totius mundi voluptas comparari potest. Leve est propter securitatem quasi insubibilem salutis, quae homines justos in omnibus adversitatibus, & praesertim in ultima mortis luctu mirum quantum exhilarat. Interroga aeternitatem, interroga Eremos dicent: dediti, quod suas austeritates; sua jejunia, suas penitentias, suos fastos, & elicia cum parvis & raris, cum inulsi, & coronis totius mundi nolent commutare.

Christus in morte est noster amicus optimus.

8. Et quod caput est, cum aliquando mortuus horum advenit, quis tunc, mi Christiane, erit sincerissimus amicus, quis protector, quis consolator tuus? Notum est apud Aelianum (sup. Corn. a. Lep. in Gen. 15.) emblemata militum, qui fecerunt, quo hostium tela excipere solebat, cymbam fecit, qua fluxum pedibus impermeabilem traiecit, indeque clypeum excolatus, hic, inquit, verus, & salus amicus militi fuit, cum praemereque solo, cum praemere quo solo. Verum potiori jure hoc de Christo crucifixo Redemptore dixeris: cum aliquando viribus fractis, genis concitis, facie pallida, oculis nictantibus inter supremos anhelitus in limine aeternitatis stabis cum amici intimi, optimi ferbium astu, aut aspectus horrore abterriti diffugient, & tibi ultimum vale dicent, tunc hic crucifixus Redemptor erit unicum, ultimisque solatium tuum; non derelinquet te a toto mundo derelictum. O quantum tibi tunc erit gaudium, si huic sincere servasti! quia verfabitur in auribus, ac corde tuo liberalis illa promissio: *Respice mihi corona justitiae, quam reddidi tibi Dominus in illa die iustus iudex.* (1. Tim. 4.) &c. &c.

9. Epilegus. Ea, Christiane anima! haec est illa, quam vobis propolai, inter servitutem Dei, & servitutem diaboli diveritas: jam di-

cite tandem, quem ex utroque tenui decessit? an voluptates daemonis vobis ardent? &c. Arrideant mea pace: ite infelices, non moror vos, servite tyranno vestro, & in laboribus sudoribus aeterna supplicia recipite: at ego, O mi Jesu, tuis partibus me totum addico, siuve jugum tuum amplector, tuus sum. O si scirem, quod unica adhuc sanguinis guttula in hoc corpore tabuletur, qua tua non est, his unguibus jam nunc eruerem, eruturque pedibus conculcarem: tu ne designare misericordiam peccatorum sub tua vexilla me recipere: tibi servire fixum, statumque est. Amen.

Dominica XIV. Post Pentecosten.

CONCEPTUS II.

Agitur contra solidam duplicitatem mundanorum hominum, qui ita volent servire Deo, ut non offendant diabolum.

Nemo potest duobus Dominis servire: aut enim unum odio habebit, & alterum diligit: aut unum suscipiet, & alterum contemnet. Matth. 6.

EXORDIUM.

Sicut in regno non consentiant duo Reges, ita in humano corde non duo amores.

1. Darius Persarum Monarcha, ab Alexandro bellicoso, Macedonum Rege, praeliis victus, cum se potentissimo hosti imparem cerneret, Legatos misit, pacem rogavit. Noluit tamen se victori subicere; sed regnum partiri, dimidiam partem sibi reservare, alteram Alexandro tradere volebat. Responsum Alexandri fuit: Nec celam duos scdes, nec regnum duos reges pati; quapropter aut te mihi subicere, aut in crastinum aciem para. Eodem modo, quo Darius agebat cum Alexandro, agere videntur nonnulli Christianorum cum Deo: noluit se plene subdere illius Dominio; sed cordis regnum quasi partiri: volunt una manu precepta Dei, altera voluptates mundi amplecti: volunt eadem aviditate terrena, & caelestia cupari: volunt ibi regnare cum Christo, sed hic nihilominus gaudere cum saeculo: volunt delicias caeli acquirere, & tamen mundi voluptates non perdere: Uno Verbo: Volunt ita servire Deo ut non offendant diabolum. Verum actum agunt; quod enim Victoriosus Macedo devicto Perse responsi tulit, idipsum reperit Deus ejusmodi amphibibus: cupit possidere autem iterum cor hominis, aut nihil. Hanc veritatem luculentis verbis innuit Salvator in hodierno Evangelio (Mark. 6.) *Nemo potest duobus Dominis servire. Quia de causa, qui unum odio habebit, & alterum diligit; aut unum suscipiet, & alterum contemnet.* Quid intelligitur per duos hos Dominos? Respondet ad mentem Doctillimum Stapletoni (in *Præcept. Mor. huc Dem.*

Dom. text. 1.); per duos Dominos significatur Deus, & quicquid Deo est contrarium, sive Mamona, id est, divitiarum cupido, sive diabolus, sive mundus, sive caro, & ejus voluptates. Quisquis ergo Mamona, quisquis diabolus, quisquis mundo, quisquis carni, & ejusque voluptatibus servit, ineptus est ad Dei servitium, ineptus est ad Dei regnum.

2. Proposito. Christiani Auditores, percrutemur porro hanc veritatem, videamusque, quantum Deus averlat hanc ambidextram servitutem, ac duplicitatem. *Va duplicitate, minatur per Ecclesiasticum (1. 2. v. 13.) & labili fœderis, & manibus malefactorum, & peccatori terram ingrediens: duabus vitiis, id est, ingredienti tam in via iustitiæ, quam in via iniquitatis. Favete.*

Ita humani potest singulari duplex servitus; non vero in Divinis.

3. *Contrariatio.* Non nego, in humanis rebus inveniri posse homines adeo duplices, ac pseudo-politicos, qui duobus Dominis ad speciem servitium assent; quod pro more variabilis mundi hucant, & utroque, ut ajunt, humero alternant; simulat se amicum, quamdiu potentiam resistendi non habent; dum autem vires crescant, aperte inimicum agunt: interdum amplectuntur neutralitatem, & prae-textu verborum cum fraudulencia, & simulatione hostilem intus animum tegunt. Veram hæc calliditas non procedit in Divinis; tum quia Deus intima animi sentia accuratissime penetrat, tum quia demoni hosti suo infensissimo humani cordis, quod res sua est, ne minimum quidem particulam cedit. Deus solus noster Dominus est, & nos, quanti quanti sumus, toti illius sumus. Quis enumeret titulos proprietatis, quibus nos possidet? Taceo titulum creationis, vi cuius ita Dei sumus, velut vas hæcile figuli. Taceo titulum donationis, vi cuius in baptismo ita in Dei Dominium transivimus, velut nummus in Dominium mendici. Taceo titulum gratitudinis; vi cuius ob innumera beneficia ita ad Deum pertinemus, velut cliens ad patronum. Et solum allego titulum Redemptoris, vi cuius populus sumus acquisitionis: Christus redemit nos, non qualicumque, sed superabundanti pretio, videlicet pretioso sanguine suo: *Empit sumus pretio magna* (2. Cor. 6.) Ergo Redemptoris proprii sumus: jam vero,

Deus non vult cor divinum.

4. Finge, mi homo Christiane, Principum alicum emissi nobilissimum arcem; dum autem pot præstatum solutionem in possessionem arcis desiderat admitti, ecce non integra arx, sed tantum inferior pars illi traditur, superior autem contigatio infensissimo illius hosti impotentem conceditur: nonne justissima ira extenditur Principis, atque, velle se, ut vel

integrum castrum sibi, vel integrum hosti cederet? Pare in modum se res habet in nostro proposito: Dominus Deus pretiosissimo sanguinis sui lytro emit, & redimit animam nostram, ejusque possessionem solus sibi vendicat: ita expresse Augustinus (1. 9. in Joan. 1.) *Non vult Deus comminationem, sed saluti possidere, quod emit, tantum emittit, ut saluti possidet.* Quodsi tantum pars animæ illi offeratur, nonne justissima indignatione hanc divisionem execrans, respondet? aut totam volu, aut totam inimico relinquere? infelices Israelitæ, qui hanc Dei irati poenam luculentur experti sunt!

5. Populus Israel primo fidelissimo corde servavit uni Deo, postea motu potentia inimicorum, propriisque concupiscentiis abstracti, cessarunt, sed induci a scelerato Achab, & Jezababel modo in hæc, modo in illam partem se inclinabant. Indignatus Dominus mihi Prophetam Eliam, ut ipsis hanc insubilitatem exprobraret, diceretur: *Utinamque claudicatis in duarum partem? si Dominus est Deus, sequimini illum: si autem Baal, sequimini eum.* Audite, scelerati Israelitæ! quid sibi vult hæc ambiguitas? resolvite vos, an Dominum, aut solum pro Deo agnoscere velitis. O utipam hodie dum viveret Elias! invenire certe hæc exprobrationis materiam in multis Christianis, qui velut ingrati Israelitæ, præter Deum venerant sua idola: sunt, qui præter Deum colunt idolum vani honoris, atque hi ambitiosi: sunt, qui præter Deum colunt idolum divitiarum, atque hi avari sunt, qui præter Deum colunt idolum voluptatis, atque hi luxuriosi: sunt, qui præter Deum colunt idolum abominis, atque hi gulosi sunt; taceo plures alios, qui in eodem corde colunt, & mundum, Dagon, & arcum Chanaan, & Belli confoscatæ volunt, in quos plene spiritus fervore invehiuntur Apostolus (2. Cor. 10.) *Qua participatio justitiæ cum iniquitate? qua societas lucis ac tenebrarum? qua consensus Christi ad Balaam?*

Neque vult consortium caeli, & mundi.

6. Dicite, mei Christiani, an unquam vidistis hominem, qui uno oculo cæcum, altero terram intrare valeat? non certe vidistis, atque hoc proflus impossibile est; quemadmodum ergo fieri non potest, ut quis uno oculo cæcum, altero terram respiciat; ita ferissimum minus valet, ut quis Deum, & quæ Deo contraria sunt, simul diligit. Hujus veritatis tor, tanquam extant in Scripturis testimonia, ut nimis quam prolixus loquar, si ea omnia velle recensere. Dicite, cur Samaritani reprobati sunt? (2. Reg. 17.) non alia ex ratione, quam quia Domino Deo, & pariter Diis Assyriorum servire volebant. Dicite, cur Domi-



mus Deus gravissimas minas fulminavit super Judam, & Jerusalem? non alia ex ratione, quam quia jurabant in Domino, & jurabant in Micham. (Sapientia. 1.) Dicitur, cur Moyses ad preceptum Pharaonis noluit sacrificare in Aegypto? (Exod. 8.) non alia ex ratione, quam quia iudicabat victimas fidelis populi, & abominaciones Aegyptiorum nullo modo posse conjugi. Dicitur, cur primis diebus illis, quibus populus Israel peregrinari ceperat, non fuit illi Manna calidus collatum? (Exod. 16.) non alia ex ratione, quam quia adhuc habebant de farina, quam secum portaverant ex Aegypto. His certe, allicque Scripturae locis manifeste indicat Dominus Deus, rei sacra, & prophana, Deo, & idolo, caelo, & mundo, Christo, & dxmoni in uno, eodemque corde nullam esse societatem, sequae extreme averfari ejusmodi Protheos, qui volunt utrique parti servire.

Grande est periculum hujus duplicitati.

7. Quid dicam de periculoso statu ejusmodi hominum? Ordinarie enim, dum aliquamdiu, & ex parte inter mundi voluptates cupimus servire diabolo, demum toti in ejus servitium concedantur. Datur certa quaedam species aequilaram, quae venari solet in aqua, & certis proflus degener, & dissimilis, quippe adeo imbellis, & ignobilis est, ut vel a corvo facile possit superari: tales aquilae habent unum pedem claudum more anseris, cum quo natante, alterum acutum more veterarum aequilaram, cum quo rapiunt. Tales sunt, qui volunt duos, cum quo rapiunt. Tales sunt, qui appetunt caelestia, & diabolo, qui amat terrena: (Petri. Berchor. & dicitur. Mor. 17. c. 2.) habent cum pede aequilino pedem anserinum, hoc est, cum affectu spirituali terrenum: ad utramque ripam volunt pascere, & cum Viris spiritualibus fluxus fortuna bonis; & cum Viris spiritualibus sursum evolare ad aspiciendam pradam caelestem. Sed isti degeneres, & Christiana fortitudine ita delituiti sunt, ut a corvo, per quem denotatur diabolus, facile superentur. O quot sunt ejusmodi Christiani, qui instabili duplicitate & calti delicata, & mundi gaudia simul amplectentes, ita languide mandata Dei custodiant, ut tamen diabolo etiam candelam accendant! quot fœnant, utas chrisi in popinis haerent; hodie dant elemosynas, cras aliena rapiunt; hodie deplorant deplorant, cras deplorant deplorant. O quot sunt ejusmodi Christiani, qui in suis adversitatibus ab utroque iam Deo, quam damone opem expectant! si post fufas modicas preces Deus non confestim in promptu auxiliator adfit, eoique a persecutione, a pauperie, a capitis, aut dentium dolore liberet, mox ad alteram partem converti, ad superstitionis remedia, ad incantationes veterarum, ad rhythmos, & verba magica, hoc est, ad diabolum confugiunt. O quot sunt ejusmodi Christiani proflus carnales, qui quasi dissidentes frigide, & sepe de inhiant averfari, prae-

sentibus tamen delectantur, quasi dicerent: Nos est agnitus, qui si reversus ab inferis: (Sap. 2.) multa dicuntur de caelo, de inferno, de futura vita: quis scit, an ita sint? si ita essent, possent quidem terrena deseri; si non, nec hic, nec ibi letamur: ergo aeternis ita volo inhiare, ut terrena non negligam: frustum carnis apprehendo ore, ut umbra promissi me deceptat. O quot sunt ejusmodi Christiani, qui vel in ipsa fide sunt inconstantes; & quemadmodum pisces Polyplus colorem induit, cuiuscumque saxi, cui adhaeret, ita illi inter Catholicos Catholici, inter Lutheranos Lutheranus apparent: inter Catholicos templa frequentant, sejuant; inter Lutheranos a cruce abstinent, salutationem Anglicam ad signum catapanae omittunt, corollam precatorum abscondunt, ne irideantur, & vel in discursu sectarum aliqualem fux sectae probabilitatem concedunt. Ut nihil dicam de illis, quos vulgo Converfites vocamus, qui pinguioris vitae gratia, & ad arbitrium plus offerentium hodie ad Catholicos, cras ad sectarios damnabili mutabilitate transagiunt. Vos injulmodi verumtinnis, quia ab infernali corvo facile superantur, & a Deo reprobandur.

8. Ponamus militem, qui hac expeditione bellica partes Romani Caesaris, altera Turcae fecerunt, dein rursus ad Caesarem, mox iterum ad Turcam transiret; nonne rotis, & rogis dignus foret hic transgredi? Et putemus Dominum Deo acceptum fore id genus instabilem servitium? absit, absit: averfatur ille extreme hanc duplicitatem, & iusto Dei iudicio ordinare contingit, qui caelestem, & terrenam felicitatem simul occupari cupiant, perdant utramque. (Florent. Ramond. l. 6. de Orig. heres. c. 8.) Tragicum hujus rei exemplum habemus in infelice Thoma Cramero Archiepiscopo Cantuariensi, qui in Anglia communiter lapis offensionis, & fundamentum heresis vocabatur. (Fasti Ep. 4. l. 1.) Illo auctore ut plurimum Henricus Octavus seclerato divorcio legitimam conjugem repudiavit. Illo instigatore, Cardinalis Roltenus, & Cancellarius Regni Thomas Morus capite supplicio affecti; illo artifice Lutherana heresis, omnique eorum temporum infelicitas in Angliam invecta fuit; Regina Anglia Maria una cum Regni proceribus infeliciem Prusilem, tot crinimum reum ad rogiem condemnavit. Quid egit miser? consilium capite redeundi ad orthodoxam fidem; hac arte confidens, se libertatem, & vite gratiam impetraturum: verum cum sua spe se frustrari, & jam ad ferale supplicium raptari cererent, desperata mutabilitate, & maxime odio Romano Pontificis ad Lutherana castra resiliit: itaque una cum terrena prosperitate, quam sperabat, etiam aeternam perdidit, &c.

9. Epilogus. Ita eventus ex hincque ejusmodi Protheis; Vos Christiani, alieno exemplo sapere, & Deo soli servire dicitur: calum, & mundus, Christus, & diabolus, sibi opponuntur.

rar, velut lux, & tenebra: quemadmodum ergo impossibile est simul in luce, & simul in tenebris versari, ita impossibile est utrique simul servire. Repudiate igitur demonem, excludite e cordibus vestris mundi principia, semperque cogitate illud Divi Hieronymi effatum (Epist. ad Heliodor.): Nemo potest hic quodare cum seculo, & hic regnare cum Christo. Nemo. Amen.

Dominica XIV. Post Pentecosten.

CONCEPTUS III.

Demonstratur, incassum laborare eos, qui felicitatem suam per impia principia, & malas artes promovete contendant.

Quaerite primum regnum Dei, & iustitiam eius, & haec omnia adjicientur vobis. Matth. 6.

EXORDIUM.

Negotia male succedunt, quia in eis non quaeritur Deus.

1. Cogitanti mihi variabilem fortunam sciam, quae homines in hoc mundo instabilissima mutatione rotat, e divitiis saepe inopes, e fortunatis infelices, e bene valentibus infirmos, e honoratis despectos, e prospectis miseros facit, certe ingens perplexitas animam turbat. Quid enim? aiebam non manum meam ipso: Ille aulicus, quem optime novimus, fuit piossima Principis, fuit Aulis ioculus regimnis, fuit idolum sollicitorum; & tamen repente gratia Domini excahit, cum sane ac opum dilapidatio erupit, evasit. Ille mercator fuit Ceresi amulus, fuit pecuniarum gurgis, videbatur habere classis ariferas, numerare vit poterat confus, & proventus; & tamen ad incitias redactus, familiaris reliquit militiam, ejus suppellectilem vidimus sub hasta venalem. Ille officialis, & Praetor erat admodum litteratus, ac prudens; conquisivit opes amplissimas, usuram, ac liberis auro, & serico vestiebat; & tamen subito disparat pompa, ille officio exutus est, illi stipendii, ac piis fundationibus, silia pecunias subsidiariis ex arvio publico nutrivunt. Ille artifice erat homo ingeniosus, ac solers, diu noctuque laboribus iuludavit, negotiationem opulentissimam exercuit; & tamen in morte nihil inventum est reliquum praeter innumera debita, & onera ays alieni, &c. Hac, inquam, cogitant, ac saepe perpendunt; quae causa subit tam imperata depauperationis, hodiernum Evangelium in hoc Labyrintho tanquam fidelis Ariadne nihi filium porrigit, dum docet: Quaerite primum regnum Dei, & iustitiam eius, & haec omnia adjicientur vobis. Hac est vera ars discedendi, hoc est, fundamentum omnium terrenae felicitatis, nempe ante omnia quaerere regnum Dei, & iustitiam

ejus. Ille aulicus sua dignitate pulsatus est; quia vasis confilii, & principis, ex Machiavello hautis, unice nixus fuit. Ille Mercator ad incitias redactus est; quia lucro usurario discedere satagebat. Ille Officialis sua forte excedit; quia per injustas artes, & praxes dolosas crumenas saginabat. Ille artifice ad hanc miseriam devenit; quia ultra dimidium rerum pretia auxit. Mille alii e suo fratu satis alia prospero exciderunt: quia sua prudentia pseudo-politica confisi, omiserunt facere, quod primo omnium debuissent, nempe quaerere regnum Dei, & iustitiam eius. Quotquot cultus, & obediencia, verba sunt S. Cyrilli Alexandrini (Sermones ad Theod.) quotquot cultus, & obediencia, quae Deo debetur, impie negligitur, suscipiunt, suscipiunt libidinis labore indulsendum esse putant, amnet hi male, misereque poterunt.

2. Populosis. Quare in gratiam eorum, qui falso sibi persuadent ad felicitatem temporalem multum conducere, esse impium, ostendam hodie humanae consilii, vires, labores, artes, & industrias omnes nunquam prosperari, si Deo adversentur. Cupit quis vitam agere prosperam? desiderat divitias, ac benedictione replet? Deum pro suo habeat, iustitiam diligat, conscientiae agat, & haec omnia adjectur illi. Favete.

Multis consulunt in sua vastitate.

3. Explicatio. Dantur ex hominibus etiam Christianis nonnulli, qui suo ingenio, dexteriorati, & astutia unice confisi, scopum, & fortunam, quam sibi praefixerunt, attingere satagunt, parum solliciti, invito, aut proprio Deo, peritas, aut per neias, iure, aut injuria illam evincant: perussissimum sibi habeant, quemlibet hominum esse suae fortis architectum, omnemque hujus mundi felicitatem vulpis machinationibus stabiliri. Talis erat Res. Roboam, ut solium sibi consolidare, neglecto Deo, omnes illustrias adhibuit, edificavit civitates muratas, posuit in eis Principes, ciborumque horrea, firmavit eas summa diligentia, tanquam roboretam esse regnum Roboam, deservitque legem Domini. (2. Paralip. 11.)

Sed misere decipiuntur.

4. Confirmatio. Quid autem factum est? Afferat illi Sefac Rex Aegypti, & cepit servitutes multissimas in Juda, & venit usque in Jerusalem. (3. Reg. 11.) Distructum est regnum Roboam, occupatum est ab hostibus, solium illud, quod sapientia mere humana erat suffulsum, collapsum est, & domus illius deserta de superficie terrae. Quod Roboamo contigit, idemnem hodieum contigit is mundi naturalis, qui principis Machiavelli, Bodini, Plenis Mornai, ac aliorum Politicorum, aut Atheorum nixi, frivole dicunt: Perinde esse, qualem quis Religionem profectur, non esse curandum, sive Catholicus, sive Lutheranus quis sit: fidem, ac pacta non esse servanda.



vanda nisi in quantum utile est: Virtutes non esse necessarias, sed sufficere, si fingantur. Hi fibi nonnquam fines prefigunt iniquissimos, volunt per supplantationem alienæ felicitatis promovere suam, volunt illam vitam opprimere, volunt illum pupillum expeculare, volunt illam licentiam imperibus, & insultibus evincere, volunt in illo contractu proximum circumvenire, volunt lucris iniquis ditescere: quid fit? Deus, qui habitus in castis, iridebit eos, & Dominus sustinuit eos. (Psal. 2.) Audi, imprudens, si Deum offendas, voto non poteris; ab illo fortuna omnis dependet; necne fraudes, quæ volēs, non obtinebis, quæ cupisti, & perdes, quæ habuisti.

*Quia Deus providissime gubernat universum.*

5. Huc adis, obsecro: Vides insignem hanc Machinam universi? quid dicis de soliditate, quæ stabilitas est terra, de harmonia, quæ voluntur celi, de concordia discordia, quæ fecerunt elementa, de prodigiis facilitate, quæ organizantur mixta? Dic, quando hyems, aut æstus suis temporibus fuerant impediata, quando confusus mensis, quando æstus perturbatiorem passus? Quid tibi videtur de mutatione auro? Quid tibi videtur in pluviiis, nunc condensatur in grandinibus, nunc coloratur in iridibus, nunc liquefit in pluviiis, nunc condensatur in grandinibus, nunc coloratur in iridibus, nunc frepit in tonitruis. Quid dicis de terra, quæ semper mare fecerat? nunc oneratur frugibus, nunc oneratur floribus, nunc iteratur glacie, diversissima est a se in sylvis, hortis, collibus, vallibus, luto, mannoribus. Quid iudicas de insigni republica animalium, quorum aliqua sunt periculissimi musci, alia venatores sedulissimi, aliqua semper affixa terræ, alia per aerem vagantia, aliqua armata ungulibus, fquamnis, spinis, alia vestita setis, lanis, plumis, alia decorata ingenio, robore, audacia? Quid tandem censeres de providentia Dei, quæ formavit alas mulcæ, aculeos vespæ, linguam cicadæ, lineamenta foliorum, aristas spicærum, nos quæ graminum? Hæc omnia creat, conservat, gubernat, ac protegit Providissimus Deus. Jam adverte animum.

*Ideo etiam attendit ad consilia hominum.*

6. Si tanta est Providentia Dei circa creaturas hæc animas, & irracionales, quanta erit de hominibus anima immortalis præditis? ut verbis hodierni Evangelii loquar, si volatilia celi Pater caelestis pascit, si hilia agris illo benedicente crescant, si capillus capitis non erit interitum sine Dei placito, quanto magis uberrabit Deus consilia hominum, eaque successu suo vel donabit, vel deficiet? ut putas, inquit Tertullianus (contra Valent. c. 17.), quod Deus sit in otio glariorum placidus, & invidiosus Divitiarum, & nullamque rerum terrarum curam habeat? Erras, erras, mi Bone! tuque singulariter, qui secundum

proprium cerebrum vis vivere, nota tibi essatum Boethii (lib. 4. de consol.) quod nempe in regno Providentia nihil licet temeritati. O vanos hominum conatus! scimus nullam moveri solam arboris, nullam condentari guttam aquæ, nullam atomum concuti in aere, sine Dei felicitate, permissione, & actuali concursu: quomodo ergo homo Christianus persuadere sibi poterit, Deum excum fore adfusus machinas, & perverfa consilia aliis perniciosa? absit, inquit coronatus Palates (Ps. 33.) oculi Domini super facientes malis: quem in finem? ut molimina eorum dimpetat, ut perdat de terra memoriam sorum.

*Nihil in hoc mundo agitæ causa.*

7. Verissimum quidem est, reponet nonnemo, credo a Providentia Dei omnia gubernari; verum nonnquam videtur quasi dormire Providentia, & cæco fortuna lapsu res humanas permittere, &c. Quid ais? cæco fortuna lapsu? scis, quid revera sit fortuna? non est Deus quædam gentium, cui Poeta quam plurimas rerum, eorumque vicissitudines annexerat, sed est ipsa Symplicitas Divina coordinata. Nos casualium eventum esse arbitramur, quod Dei dispositio est: putamus casum factum, quod Mercatores transierunt, dum Joseph fuit immeritus cisternæ; putamus casum fuisse, quod filia Pharaonis ad ripam Nilii obambularit, dum Moyses infantulum fluvio innatabat; putamus casum fuisse, quod Saul quaeseret animas, dum a Propheta fuit invenitus; putamus casum fuisse, quod David fratribus suis portaret victualia, atramentum exitus Iaris edocuit, hæc fuisse opera Providentia Dei, qui Josephum in administrationem Ægypti, Moysen in Salvatorem populi, Saulem & Davidem in Regem regni Israelitici elegit. Non fortuna fuit, sed Dei dispositio, inquit Philo (lib. dum iabillitate): Verbum Divinum caret in orbem ducti, & hoc vulgus hominum fortunam vocat.

8. Est aliquis, qui per fallas substructiones alium denigrare, officio exuere, seque in illius locum collocare satasit. Est aliquis, qui ut ditescat, cum hominibus improbis, aut saltem suspectis pactum in re querendis, aut inveniendis thesauris. Est alius, qui, ut perditam valetudinem recuperet, ariolorum rhytmos, & verularum incantationes admittit. Est alius, qui, ut litem evincat, & hereditatem excunculerit, necessaria instrumenta, ac tabulas suppressit, aut corrumpit. Est alius, qui debitum legitimum creditori authenticis documentis haud satis instructo perficita honestate negat. Est denique alius, qui viribus, consanguinitate, pecuniis nixus, dignorem a promotione impedit, sui artibus conat, & ideo Deum deserit. Verum ite, ite, vulpini fraudum architecti, ego intauctis vobis successu prædico: putabitis vos in tentam continere pugna, sed itum elaberit illar anguilla: corrogabitis nummos, sed in sæculo perituro; putabitis domos vobis

stabilitas, sed Inopinato evellentur fundamenta. Esto, non fore aliquem, qui exterius se vobis opponat, interius habebitis teredinem confumentem, Optimam economiam adhibebitis, sed in vanum; iniqua fors destruet messem, destruet vindemiam, interet morbos, negotia improvillis impedimentis suffaminabit, vita vos exuet, & hereditas privabit. Scitis, cur omnia retro sitant? percipite rationem verbis Nicephori (lib. 7.): Ubi Divina Providentia non committit consilia, adhibentibusque hominum - etiam sapientissima consilia insipienter desunt. En causam, cur malevolorum conceptus instar fumi evanescat: omnes nervos quidem adhibent; sed quia Providentia Divina non cooperatur peccatis, nec favet machinationibus perverfis, in optima occasione ventus deficit, velut leari a suis inventionibus præcipitantur in mare miseriarum, audiuntque Deum sibi insultantem: sine me nihil potestis facere. (Joan. 15.)

9. Placet irritis impiorum conatus in exemplo inveni? Anno Domini 408. Imperium occidentale moderabatur Honorius, & quidem feliciter, nisi desiderio majoris felicitatis in magnum incidisset infelicitatem. (Socranus, Constantinus, Nicéphorus, & alii.) Constantinopolim inopina mors Arcadium Honorii fratrem iustitiam, & ecce, mox Silico, qui fuit quasi Dominus Domini sui, utpotebis illius focer, in consilio malignantium proponit unionem Theodosii Imperatoris: ubi enim resistentia? Theodosius pupillus est, & obtemperat, hinc facile solus preparari, & ille dein, quasi fornicio extinguitur; deplorari potest: Pulcheria, Placilla, Arcadia, Mariana in monasterium detrudende sunt, exercitus stat paratus, quo Thracia, Græcia, & relique Regionis facile valent occupari. Placuit consilium ambitioni Principis: paratur igitur expedicio, parantur triremes, parantur trophæa, & electa ad sollemnem ingressum in urbem Constantinopolitana, applaudunt consiliarii, exceptis paucis, qui iniustitiam tacite damnant, & aperte dissimulant. Interim aliis tacentibus, loquitur terra, quia Roma per septem continendos dies, ut testatur Baronius (ad ann. 408.), resonant horrendi terræ mugitus, qui illud bellum detestabantur. Quæ fuit fors, qui successus belli illius? o inanes impiorum machinas! una pœlla quindecim annorum, nempe Pulcheria, quæ Sponso suo Christo Virginitatem consecrarat, secure regnat Constantinopoli, Deo Protectore, fratriculum Theodosium docet artem regnandi, mirum illum instruit, quomodo se ipsum domare, jejuniis castigare, Deum colere, & neminem alium timere debeat. In Italia fors Honorii vis deque vertitur, Scilicet Proditionis reus Rayevus capite mulcatur, ejus uxor, & filius, qui imperium destinarat, pari more jugulantur: Alricas Gothorum tyrannum Imperium invadit, illudque ferro, ac flamma devastans, jam Romæ imminet. Honorius fugit, & postquam patriam bello, peste, fame, ac barbarorum rabie adeo afflictam vidit, ut Hiero-

nym exhorruerit ejus miseria referre, cogitur summer solium, ac coronam iniquissimis pacis conditionibus mercari. &c. &c.

10. Epilogus. Ita fit, ita fit: qui aliena iuste rapere cupit, perdit sua. Christiani mei! Non est consilium contra Dominum, (Prov. 21.) frustra laborat, quilibet Deo invito militat. Tu si rerum tuarum prosperitatem desideras, quare primum regnum Dei, & iustitiam ejus, id est, omniam Deo, in Deo, propter Deum, nihil contra Deum age; quippe Palamita (Ps. 1.) promittit Viro illo beato, qui in consilio impiorum non abiit, quod omnia illi prosperabuntur; Econtra non sic, impij, non sic, eorum machinationa erunt tanquam pulvis, quem proficit ventus a facie terræ. &c. &c. Amen.

Dominica XV. post Pentecosten.

## CONCEPTUS I.

De consideratione mortis, contra tentationes efficacissimum.

*Eccæ desinitus efficitur. Luc. 7.*

## EXORDIUM.

*Christus resuscitatus a morte nullum dat mortuum salutem, quia mors ipsa est salus mortis.*

1. Notandum dignissima est illa methodus, ac diversitas, qua Christus Dominus in Evangelio sanavit ægros. Quondam delirans ad piscinam probaticam, sanitati restituit miserum illum triginta, & octo annorum infirmum, cui postea in templo monium dedit: *Eccæ sanus factus es, nisi amplius peccaveris.* (Joan. 8.) Alia vice adulteram a manibus Pharisæorum liberavit, monuitque: *Vade, & jam amplius non peccare.* (Joan. 8.) Econtra advertit: dum filium Jairi, hodie filium viduae, & Lazaram, Magdalene fratrem, ad vivos revocavit, nullum eis monium ad vitam, deinceps recte instituentiam contulisse legitur. Et quidni? erit hodiernus juvenis ea ætate, quæ maxime perverisionis periculum ex juvenili levitate imminet; cur ergo nec illum, nec duos reliquos, ad vitam revocatos, communio Salvator de vita deinceps laudabiliter gerenda, quemadmodum paralyticum illum, & adulteram communione legitur? Sanctus Euthymius resolvit hoc dubium, atque, nullam fuisse ejusmodi moniti necessitatem; cum enim isti novissime e mortis faucibus progreffus sint, continuo mortis memoria in animo gerebant: quilibet autem mortem cogitat, non alio indiget stimulo, cum hæc ipsa cogitatio efficacissimum sit vitæ bene ordinandæ instinctus. Audiamus verba sancti Doctoris (ap. Calan. in die cæternæ): *Quoi a mortui revocabat, nullo aternæ salutis præcepto imbuerat; a morte namque, exitio delictorum, consilia admoniti erant.* Christiani Auditores! Cum mors adeo potens sit virtutis







Dominica XV. post Pentecosten.

## CONCEPTUS II.

Demonstratur, ex peccato multoties oriri pramaturas juvenum mortes.

Desuavis efferebatur, filius unicus Matris sua. Luc. 7.

## EXORDIUM.

Iste Filius foras ab peccato pramaturae mortui est.

1. Quoniam ex infortunatis aliorum casibus sapere discimus, ideo vellemus ut, sicut Sanctus Evangelista Lucas descripsit funus, funebremque comitatum hodierni juvenis, ita & descripsisset mortis genus, morbum, ejusque causas, & prima mali femina. Certe hac curiositate non ego modo, sed & S. Basilus (hom. 4. in Ps. 33.) tenetur, quaritans: *Cur unus aliquis quae ante aetatis perfectionem hinc auferuntur? Quis immittit pes hunc bellum florem contrivit? quae immittit foras hunc recentem furculum demellit? quae pruna immaturum fructum demittit? Eheu! prouellit in sustentaculum familiae, in solatium Matris, in decus totius civitatis crescere, florescere, senescere; & nunc spes omnis succissa in fœveto jacet: quae causa tam praecocis mali? Dilectissimi Auditores! plane ignoro arcana Divinae Providentiae ordines, quos foritari his non est. Sancti Patres quidem assignant varias rationes, cur multi juvenum pramaturae morte abripiantur: dicunt, id fieri nonnunquam in poenam parentum; ita scimus, filiolum natu minimum Davidis extingui fuisse in castigacionem commisi adulterii. (3. Reg. 12.) Dicunt, id fieri nonnunquam in emolumentum juvenum; ita scimus, illum raptum fuisse, ne malitia mutaret intellectum ejus. (Sep. 4.) Verum, ut fatear veritate, mihi pra millealtis rationibus in mentem venit monitum Ecclesiastici (c. 7. v. 18.). *Ante insipiarum brevis horum. Ne in ipse aetas veniat, ne moriantur in tempore non suo.* Quid est, mori in tempore non suo? Auctor cateza Graecae (ap. Corn. hic.) explicat, his verbis adjectis: *Ne immatura mors intemptam tibi manum iudicat.* Ergone, ut audio, peccata accelerant mortem? Ita est: quemadmodum enim illi, qui in tonitruo tempore festinant currunt, ipso halitu, ac aëris tractu facile fulmina, & nubium ignes atrahere posse dicuntur; ita parenti in modum, qui irato Numine in via iniquitatis praecipiti cursu feruntur, facile Dei punientis, mortisque spicula incurant. Dubitatis de hac re, Christiana pectora?*

Peccata enim accelerant mortem.

2. Praepositio. Ergo praefato sum, ut hanc veritatem demonstrarem, idque maxime in salutare

monitum petulantissimae juventutis utriusque sexus: putant hi miseri, sibi impune licita esse quaevis flagitia; quia in florida aetate non habent, quod de morte metuant: & hac ipsa vitae licentia provocant in se mortes intemptivas, dicente S. Job (c. 23.): *Impius, antequam dies ejus impleretur, peribit.* Pavete.

Filius Viduae erat dissolutus juvenis.

3. Confirmatio. Quamvis sacri Evangelistae hodierni juvenis mores, vitaeque tenorem non descriperint, nihilominus ex quaduplici circumstantia facile conjecturari potest, eum fuisse de numero illorum, qui immergeri, ac effluere disolutam vivendi libertatem factantur: Nam primo debebat in urbe Naim: *Naim* vero; quod mysterio non vacat, juxta interpretationem Cornelii a Lapide (in Luc. 7.) idem est, ac *juvenda*, *decora*, *delectabilis*, consequenter delectose, ac delectabiliter vixit ille. Secundo, erat filius unicus Matris suae; scimus autem, quam caeco amore matres diligant proles suas, praesertim juvenegas, illique quaevis scelera, & morum dissolutionem convineant. Quod plures Patres habemus autem experientia comprobatum, quod filii, genitoribus deservit, inveniunt plerumque vitae libertatem amplecti, & matris monita parum curare soleant. Quod maximum est quarto, putat Doctissimus Mansius (in Biblioth. traht. 50. dist. 11. n. 1. & in arvio hic v. 12. n. 23.) qui pro se Patrum testimonio allegat, hunc juvenem fuisse amatum, familiaremque sanctae Magdalene, a cujus Castello urbs Naim hand procul abacebat. Quid poterat autem praeter lasciviam addidit ex conversatione illius peccatricis, cujus domus tunc temporis erat schola impudentiae? Merito igitur concludit idem auctor, hanc juvenem fuisse libertinum, dissolutum, immodestum, aut omnino lascivium: quid mirum, quod in medio aetatis flore abreptus sit? dudum enim Divina Justitia sententiam tulit per sacrum Proverbialem (Prov. 10.): *Ante insipiarum brevis horum.* &c.

4. Non inepte Doctissimus Symbolista (Præc. ell. Mund. symb. lib. 2. num. 310.) mortem sub emblemate venti proponit: nunquam observatis, Auditores, quid flante vento eventire soleat? ut alios effectus necem, & de eo solum loquar, quod ad rem nostram facit, infurgente vento, ab arboribus deciduntur fruges etiam crude, & immaturae: verum quod singulariter annotare vos cupio, illa fruges, quae facile deciduntur, plerumque intus sunt vermiculis, & putredine arrotæ. Parem in modum, cum tenera juvenus jam verminare, & peccatorum putredine arroti incipit, facile pramatura morte in terram, in tumulum prostratur. O quot selectissimi juvenes, qui instar pomorum rubebant, & ex vivida corporis constitutione amocia senectutis spem concipiebant, in medio flore abrepti sunt! Quare & propter

peccatorum iniquitatem. Ita S. Job (c. 22.) *Iniqui sublati sunt ante tempus suum.*

Cur mori gladio, &amp; arcu armata?

5. Ex hoc laud difficulter rationem desumere poteris: Auditores, cur Mors duplici armata, videlicet gladio, & arcu armata a Psalmographo describatur. *Gladium suum abornabit, arcum suum interitum.* Bene Deus! fragilissima est hominis vita, ita ut instar ampullae aquae facile dissiparet, cur igitur mors ad jugulandum hominem duplicibus armis opus habet? adverte mysterium: gladius instrumentum est, quo trucidantur illi, qui e vicino sunt; arcus vero instrumentum, quo sagittantur distantes. Quoniam ergo Psalmista indicare voluit mortem non solum esse carnicem fenum, qui illi e propinquo sunt, sed etiam esse venatorem juvenum, qui procul ab illa distare videntur, ideo asserit, eam simul gladio, & arcu armatam includere. Ita in hunc locum Raulinus (traht. de morte c. 10.): *Senes quasi gladio, juvenes quasi sagittis occidit.* Verum quæ, quis mortis sagittas fabricavit? quis eidein potestatem in teneram juventutem concedit? Respondeo, peccatorum: cum enim peccatum, tanquam familiarissimum mortis contubernalis, quondam morti portas aperit, qua in florulentissimum paradisum, & dein in hunc mundum intravit, dicente Apostolo (1. Rom. 5. v. 12.): *Per peccatum mors in hunc mundum intravit, & ita in omnes homines mors pertransiit quod mirum, quod eidein & portam referat ad jugulandum florulentissimum juventutem.* &c.

Peccata sunt calcar, seu stimulus mortis.

6. Apocalypitcus Vates vidit olim equum palidum, macilentum, exhaustum: *Eccce equus palidus, & qui sedebat super eum, nomen illi mors.* Bene agit, dicitis forsitan, equus mortis macilentus, ac languidus est, ergo lente nos attinget. Non distat, languidus est, quia ex quotidianis stragibus defatigatus: Verum sciat is velim, Auditores, equi etiam lassus, ac strigatus, si subditis calcaribus urgeatur, velocissime currunt, & subito viatorem, antequam id sibi imagineatur, occupant. Itaque mortis equus, instar vicedarii sellantis, repente advolat, si calcaribus stimuletur. Queritis, quam sint haec calcaria? praecipit Apostolum (1. Cor. 15.): *Stimulus mortis peccatum est.* Etenim inordinaciones, & dissolutiones, quas juvenes frequentant, dum ad voluptates carnales, ludos, rixas, hastidias, & quævis alios excessus propeudent, mortem illis opinione velociorem accelerant. &c.

Qui male vivunt, cito implent mensuram peccatorum.

7. Quod caput est hujus rei, necdum dixi; principalis enim ratio, cur peccatum hominibus vitam abbreviet, fundatur in tali veritate, qua audita juvenibus amba aures tinnire deberent. Audeat, obsecro. Consilium est sanctorum Patrum doctrina, quod Dominus Deus quilibet hominum praescribit certam peccatorum mensuram, qua completa, terminatur vitae spatium, & mors nonnunquam etiam repentina ingruit. Hac mensura quemadmodum nobis abscondita, & soli Deo cognita est, ita etiam in se ingualis, apud hunc major, apud alium minor est, consequenter constanter homo quodcumque in peccatum consensit, versatur in periculo, ne hoc, illo, aut isto scelere numerum sibi praefixum compleat, & mortem repente consecutur. Explicemus hanc rem in similit: Pingamus Patrem, qui cultibet filiorum, quorum geminos habet, eorum aures pro sustentatione legit: primus ex his parvulariorum viri, consequenter statum suum ad diuturnos annos honeste sustinet: alter autem in commedationibus, & computationibus in choreis & lusuibus immergatur, brevi ad incitas, & egestatem redigitur. Ita in nostro proposito se res habet: ponamus juvenum duos, quorum utriusque Deus ex arcano judiciorum suorum consilio centena peccata pro sua mensura praefixit; unus ex his vitam ducit castam, sobriam, decentem, & Christianae legi conformem, haecque ratione, quoniam peccatorum numerum non explet, eandem in feram senectutem feliciter prorogat: e contra, alter, dum dissolute vivendo, in ebrietatibus, in impudiciis, in blasphemis, verbo, in flagitiis continuo versatur, cito peccatorum mensuram complet, siquæ intemptivum interitum in juvenili aetate incurrit. Toti huic discursui clarissimis verbis subscribit Augustinus (lib. de Vir. Christi. cap. 4.). *Manifestissime instrumitur, & decemur, singulis secundum peccatorum suorum plenitudinem consummari, & tandem, ut conveniant, suscipi, quandoque consummationem non habuerint desideriorum consummationem.* Ite igitur petulantissimi juvenes! ite, indulgete genio, si sana laxate vitæ, vivite secundo prurium petulentiæ naturæ, & non videte vobis vestras delicias, utpote praeludia brevis subsecuturi obitus. Vos nunc oculos pacis venustarum formarum intuitu; ac paulo post hos oculos eruent butones, & tinea: Vos nunc aures fasciatas musica, & fidelium concentu; ad paulo post in tonabitur mortalis lessus: Vos nunc modulaminis cantilenas honestatis inimicas; ac paulo post cantor vobis canet requiem. Vos nunc inter rixas, & fœcissimos sales in manu tenetis vitæ & cantharos; ad paulo post



in lecto jacentes, inter suspicia tenebitis ceream ardentes. Vos nunc tripadis, & saltibus pedes fatigatis; at paulo post in aternitatem gradum facietis. Vos nunc vermini in nugis nugarum; in amoribus, in otio; at paulo post jacebitis in tumulo. Vos nunc convolatis ad ludus, ad jocos, ad comœdias; at paulo post mors vobis faciet trœcediam, &c.

8. Concludamus hunc sermonem terribili illo eventu, quem Imperatori Anastasio occurrere memorat Evagrius, Cedrenus, Zonaras (part. 3.) & alii Scriptores. Anastasius Orientis Imperator erat scelestissimus hereticorum, videlicet Eutichianorum factor, ac Catholicorum persecutor, quos præjudicialissimis edictis, ac imperiis gravabat. Monitus a Sancto Pontifice Hormilda, ut a nefaria impietate desisteret, instar obstinati Pharonis est juvenum reverentia, & timor Matericæ, quanta erga Patrem: proinde hoc ædificium, infruictam vitæ libertatem sectatur, & quidquid contra movet, senitit, extra honestatis, & modestiæ orbem allabatur. Id quod speciatim de hodierno juvene affirmat Didacus Stella (in *Lucam*.) Iniquus: Blande, & cum indulgentia in delictis fuerat nutritus; quâ sibi vidua erat. Adolecens iste, sicut in civitate Naim, præ cunctis aliis nobilitate, juventute, divitiis, pulchritudine, & generositate emuit; ita etiam mundanis illecebris totum se dedit. Non desunt sancti Scriptores, (Memor. in *Biblioth. Morali* tract. 50. *Dist. 11. num. 1.*) sibi agunt, cum fuisse anatum Magdalenæ, quæ sicut ex zate loquens erat, & ostendiculum juvenentis; ita ferè dubium non est, quin improbitum, & vitæ liberioris affectum juvenem traxerit ad impios amores. O! quæ seclera consequuntur, si effranis juvenentis, quæ per se lubrica, & ad nefas prona est, non correctæ repugnans, & insuper præva occatio accedat? Sed quarto fin, quid egerit Mater? an sleyerit filium ad seclerum præcipitum proventem, & anima tenus mortuum? Scriptores nihil de hoc memorant: dum vidit filium secleratum, lacrym, gratia Divina exutum, & iam spiritualiter mortuum, nec lacrimam fudit: hostis vero, dum corpore tenus emoretus ad sepulcrum efferretur, inconsolabiliter plangit, & in inconditis sletus effundit. Ita fit: ita fit: ait Sanctus Augustinus (in *Psal. 37.*), Christiani sumus, & tamen plangunt, si filii ejusquam moriatur, plangit illum: si peccet, non illum plangit. Dic me Mater, quantum est infelicioi mors, cum filius tuus per peccatum Dei gratiam perdidit, an cum vitam hanc mortalem exiit? respondit expeditissime Augustinus: Tunc pejus mortuus luxuriosus vivens, quam moriendo luxuriosus fueris. Christus dixit ad mulierem: *Noli flere*: quæ verba non tam fuere consolatoria, quam exprobatoria, quasi diceret: Mea mulier, dum filium mortuum

Dominica XV. post Pentecosten.

### CONCEPTUS III.

Demonstratur, deplorandam esse potius mortem animæ, quam corporis.

*Defunctus essebatur filius vicini Matris suæ: quam cum vidisset Dominus, misericordiam matris super eam, dixit illi: noli flere.* Luc. 7.

### E K O R D I U M.

*Vidua deplorat filii mortem corporalem. Potius debuisse deplorare mortem quæ spiritualis est.*

1. **M**atres, & præsertim vidua raro educant morigeras proles; non enim tanta est juvenum reverentia, & timor Matericæ, quanta erga Patrem: proinde hoc ædificium, infruictam vitæ libertatem sectatur, & quidquid contra movet, senitit, extra honestatis, & modestiæ orbem allabatur. Id quod speciatim de hodierno juvene affirmat Didacus Stella (in *Lucam*.) Iniquus: Blande, & cum indulgentia in delictis fuerat nutritus; quâ sibi vidua erat. Adolecens iste, sicut in civitate Naim, præ cunctis aliis nobilitate, juventute, divitiis, pulchritudine, & generositate emuit; ita etiam mundanis illecebris totum se dedit. Non desunt sancti Scriptores, (Memor. in *Biblioth. Morali* tract. 50. *Dist. 11. num. 1.*) sibi agunt, cum fuisse anatum Magdalenæ, quæ sicut ex zate loquens erat, & ostendiculum juvenentis; ita ferè dubium non est, quin improbitum, & vitæ liberioris affectum juvenem traxerit ad impios amores. O! quæ seclera consequuntur, si effranis juvenentis, quæ per se lubrica, & ad nefas prona est, non correctæ repugnans, & insuper præva occatio accedat? Sed quarto fin, quid egerit Mater? an sleyerit filium ad seclerum præcipitum proventem, & anima tenus mortuum? Scriptores nihil de hoc memorant: dum vidit filium secleratum, lacrym, gratia Divina exutum, & iam spiritualiter mortuum, nec lacrimam fudit: hostis vero, dum corpore tenus emoretus ad sepulcrum efferretur, inconsolabiliter plangit, & in inconditis sletus effundit. Ita fit: ita fit: ait Sanctus Augustinus (in *Psal. 37.*), Christiani sumus, & tamen plangunt, si filii ejusquam moriatur, plangit illum: si peccet, non illum plangit. Dic me Mater, quantum est infelicioi mors, cum filius tuus per peccatum Dei gratiam perdidit, an cum vitam hanc mortalem exiit? respondit expeditissime Augustinus: Tunc pejus mortuus luxuriosus vivens, quam moriendo luxuriosus fueris. Christus dixit ad mulierem: *Noli flere*: quæ verba non tam fuere consolatoria, quam exprobatoria, quasi diceret: Mea mulier, dum filium mortuum

rum deplorans; pessime impendit lacrimas, quas potius spirituali, quam corporali filii mortis impendere debuisses.

*Mori anima lacrimabilior est, quam corpus.*

2. **Propositio.** Agite, mei Parentes! edocebo vos hodie, quod longe magis deploranda sit mors spiritualis, quam corporalis filiorum, id quod quælibet Christianum intelligere etiam cupio de propria sui ipsius anima: potius de-fenda est mors animæ, quam corporis: considerate obsecro, quod omni morte corporali crudelius peccatum in animam sæviat, illum de-arruat, annihilat, & perdat. Favete.

*Peccatum est malum grande.*

3. **Confirmatio.** Divinissimus Mundi Redemptor plane graphicis descriptionibus delineavit monstrositatem peccati: in uno loco describit illud tamquam laqueum, & pugionem damonis, quod capit, & transfodit animas: alibi illud exhibet tamquam stimulum, & stipendium, quo inimica mors stimulat, & pascitur. In alio loco describit illud tamquam latronem, & carnificem, qui omnem hominis felicitatem furatur, & destruit. Alibi asserit, peccatum esse minorem, ex qua cuncta miseria eruantur. Si homo amat libertatem, peccatum catena est; si amat tranquillitatem, peccatum tumultuosa tempestas est: si amat lenitatem, peccatum morbus contagiosus est. Non ita contrarie sunt tenesæ luci, non ita opponitur fel mellis, non ita insidiat vultur avicula, non ita inimicus est lupus agno, quam peccatum humane felicitatis. Nunc quidem proh dolor! non satis capimus damnabiles ejus effectus, & nocumenta; putamus esse fabulas, & exaggerationes, quibus peccatum odibile redditur. Verum cum oculi corporis aliquando clauduntur, & oculi animi aperiantur, tunc videbimus Deum, & sacros tractores nos hyperbolice, sed verissime fuisse beatus. Quamprimus jurisdictioni temporis subtrahit, intravimus æternitatem, ait Eusebius Emilius (Hom. 1. ad *Matth.*): tunc anima quilibet nostrum mirabitur, quomodo hæc ita adquisivere potuerit, conquireturque: ubi est incognoscens, ubi est illecebra? errote ad hanc mihi momentanea, sicut in ingressi delectatione, ut æternæ palmationi iterati angustia? Grande malum peccatum.

*Per peccatum homo annihilatur.*

4. Non mihi hic animus est omnia peccati damna singulatim perferere: nil dicam de odio Dei, de gratiæ jactura, de caelestis hereditatis dispendio, de æternæ damnationis reatu: solum id, ut ceptam comparationem profuecur, demonstrare contendo, per peccatum hominem plus, quam morte corporali destrui, & annihilari. O miseri peccatores! mea pace factæ

*Clavis Spicilæ, Conciones. Pars I.*

vestra stemmata, extollite vestras doctrinas; vendat se aliquis pro Trimestre horum temporum, putet illa puella, fe esse alteram Helenam: scitis, quid ego de vobis sentiam? eheu! estis cadavera, estis nihil: quæritis, quo argumento asertum demonstrem? succultate! certissimum est, quod omnia in mundo existensia habeant suum esse per participationem esse Divini: non est in humanis aliqua sapientia, nisi participata a sapientia Divina; non est aliqua potentia, nisi participata a potentia Divina: non est aliqua bonitas, nisi participata a Bonitate Divina, & sic de cæteris loquendo. Hoc supposito, audiamus Paulum (2. *Cor. 6.*): quæ participatio iustitiæ ad iniquitatem? Totum esse Dei est mera Bonitas: ergo malitia nihil ex eo participare potest. Quis immo peccator totus quantus contrarius est Deo: Deus ignis est, peccator gelu: Deus caritas est, peccator odium: Deus perfectio est, peccator defectus: Deus totus gratia est, peccator totus macula: Deus Spiritus est, peccator caro. Cum ergo homo nullum habeat esse, nisi quod participat a Deo, peccator nihil est, quia nihil participat. Non potest Deum vocare suum Patrem, inquit Nyssenus (in *Evangel. litteræ.*): quia nihil habet de Deo. En læviamus peccati: potestne mors crudelius sævire in corpora? sed promovamus argumentum.

5. Divinus rerum omnium Creator accuratam habet catalogum omnium creaturarum, in quo siue dabo principe ferè loco annotatus est homo: sed quamprimus ille peccat, confestim deletur, juxta minas a Moysse editas (*Exod. 32.*) *Qui peccaverit, delebo eum ex libro meo.* Quid portendit illa deletio? percipite mysterium in simili: Imaginamini vobis mercatores, quidum censum, ac rationum suarum codices perlustrat, subito incidit in debitum, a plurimis annis antiquum, & quoniam debitor ad annos redactus, & sub hasta proclamatus fuit, jam penitus desperatum: quid agit? expungat debitum, & pro nihilo reputat. Parem in modum agit Deus cum peccatore, ait Chrylologus (Hom. 13. in *Matth.*): Peccatores non numerantur, illi caret Deus, quæ de non numerantur. Quamvis igitur peccator obrutur advertitibus, quamvis elementa in illum ferviant, quamvis demones cum occupent, cum nihil habeat Divini; non est, quod Deus illi condoleat. Habeat illum quisquis velit, Deus non reputat eum pro suo; hinc, postquam populus in idololatriam fuit prolapsus, dixit Moysi (*Exod. 32.*) *Peccavit populus tuus. & non amplius populus meus.* Quid multis? cum peccatum nihil sit, prout illud desunt Patres, recte dico, peccatum esse annihilatum: Nam, ut bene inquit Nyssenus, *Dicitur cibum in carnem receperunt, carnem fieri se. & in, qui ad nihil desuxit, in nihilum quoque converti recte dicitur.* Percipitis crudelitatem peccati lacrimis dignam?

B b - Quam-



Qualiter totum mundum magne sit, ceram Deo pro nihilo habetur.

6. Ridentur forsitan ad ista, & argumentorum subtilitatem ad scholarum argutias legatis? Dicitur: quidquid sit, saltem homo per peccatum non exiit conditione humana, consequenter remanet aliquid, quod participat Dei essentiam. Verum, mei Christiani: non ego tam scholarum, quam SS. idiomate loquor, & cum S. Franciscus Afflicus dicere sit solitus, hominem id tantum esse, quod revera est in oculis Dei, non curio fallacia hominum iudicia. Dicit Philosophia, hominem esse animal rationale, ego cum S. Chrysoft. (in Cat. in Job. c. 1.) dico, hominem esse, qui id, quod Dei similitudinem imitatur, custodit. Nos in pluribus alijs iudicijs erramus, videmus Pharaonem in folio sedentem, putamus esse regem, quia superficiem, que nos respicit, non illam, que Deum respicit, invenimus: interim mancipium est vilissimum, dicitur Chrysoft. (1. 2. hom. 5. de Verb. Usu Proprijs.) qui facit peccatum, servus est peccati, & ostendit deum nullis coronatum habere in captis. Sape statua affabre facta vivus homo iudicari potest: moventur oculi, moventur labia, moventur manus, & pedes: sed verte statuum, & inveniatis tergum illius concavum, sordidum, & araneis obductum. Age iuxta monitum Sapientis (Prov. 1.) verte peccatores: Verte impios, & non vident. Respice patrem versus Deum, & clare videbis, cum non esse illum, qui esse videbitur; nam, ut ait Tertullianus (lib. 1. c. 5.) Infamat supervixisse rotabuli veritatem. Profecto potest illi in faciem exprobrari, quod Episcopo Sardicensi olim dictum est: Nomen habet, quod vivat, & mortuum est. (Apost. 3.)

7. Sancti Patres summo opere admirantur modum illum loquendi Scriptura: Poverat in terra Ha, & erat verus ille. Quid ita? an ego religio non erant veri? quidmirum, ait Chrysoft. (hom. 16. in Ep. 2. ad Cor.) Improbi sunt fessibiles, non secur, ac pisti. Rationem percipite: Neque enim a figura, sed ab aliene, quod est, unumquodque intelligitur. Ponamus hominem aliquem rudem, & rei ignarum venientem hortum, ad invadum Romanæ Magnificentie exornatum: videri obit sub arbore cauem, ere, vel lapide exitum. Eshoretur visa bestia, & retro gradum figit: mox insullum panis ei obicit, nec tamen canis se movet, deinde excitat, vellicat, tradit: sed cum videt, quod nihil moveatur, ait: non potest esse canis, qui insular canis non operatur. Idem dicendum est de peccatore: non est homo, qui operatur hominum non exerceat. Elne hie aliquis peccator? S. Chrysoft. (ubi supra.) illum aliquem quomodo te humana anima præditum intelligere quomodo? Quid quis tota die? comedis, bibis, dormis, ambulat, ita sceris, furis: Sed hæc etiam tuus equus facit, sola loquela ab equo distinguetur, & revera, si equus articulatas possit proferre voces, non cre-

do, quod magis bestialiter proferret, quam eas, quas tu erucas. An unquam mentem ad Deum elevas? an poenitentiam agis de præteritis? an præsentia emendas? an de futuris disponis? sane si foret hodie dum Diogenes, qui lucerna homines quæreret, te tacitus præteriret. En mi Christiane! qua ratione peccatum hominem humana conditione exuat, desinit, & annihilat: nonne talis peccator dignior est lacrimis, quam corporaliter mortuus? cogita, quam infelices se reputent illi parentes, quorum filii in manus carnisque deveniunt, & non ingemiscat prudens parens, si videat, filium in manus peccati, omni carnisque cruditionis, fuisse delapsum: &c.

8. Jam tandem capio, quod hæcenus intellectum difficile mihi videbatur: Rex David nuntium de utriusque filii sui morte proflus dispari vultu excepit. Nuntiata morte pavuli, ex Berabaa geniti, hilari erat animo, comedit, & bibit: Quia mortui est, quare scilicet? Econtra nuntiata morte Abolionis, lamentabiliter hevit, non cibum, non potum gustavit: sed absque intermissione eploravit: Abolion, fili mi, fili mi, Abolion! cur ita? videtur potius mori verâ Davidem debuisse lamentari in morte primi, quia innocens erat, & latari in morte Abolionis, quia inimicus, & rebellis coronæ insidiator erat. Cur ergo hanc deplorat, non tamen illum? S. Hieron. (Epist. 25. ad Paulin.) in rem nostram apposite ait: Scribitur David iussu Resurrexerat, qui alium parvulum, quem se habet non peccasse, non servit. Quo exemplo docuit sapientissimus Rex, deplorabilem esse mortem spirituales filiorum, quam carnalem. Hanc ipsam in sensum Desotissima illa Blanca, S. Ludovici Mater, filio suo similes, & milles in faciem exprobravit: Mi Ludovice, mallet te in sereno, quam in peccato thali intreri. Agnovit plissima femina, quod peccatum sit inestimabile, & ipsa morte funclior tragedia, eoque principio primavam Ludovi innocentiam constanter conservavit. Sed quid multis in Scripturam, & historiarum testimoniis excurro? præ mille alii sufficiat sancta illa, & vere dupliciter Mater Monica, que alias ad quoscumque adversitatum incursum generosissimum, in Manichæorum hæresim delapsam, Audiamus S. Patrem (1. 6. Conf.): Mater mea, me tamquam mortuum scias, ut diceres, o Deus, filia vidua: Adhuc erant tibi dico, surge; & revivisceret; & inciperes loqui, & illum Matri sue redderes. &c.

9. Epilogus. Quid tu agis, mi Christiane! cum filios tuos in peccata proruaere cernis aut ipse prorsus? cheu! parum curas enorme detrimentum; ita ut de te verberetur illud S. Cypriani (lib. de lapsis.): Si quem de suis perdidisti, ingemiscit dolenter, & fiet, animam tuam perdidisti spiritualiter mortuum, & non iustiter ingemiscit. Dic, mi Christiane! si ad primum peccatum deberes minui genu, ad secundum

bra-

brachio, ad tertium oculo, ad quartum aure, & ita per quodlibet peccatum deberes delicti aliquo membro corporis, nonne peccatum cane pejus & angue averlareris? cur ergo non & nunc averlaris peccatum, per quod coram oculis Dei proflus ad nihilum redigeris? cheu! lamentare cum Davide: Ad nihilum redactus sum; & miseri, confiteare fugere peccatum carnificem crudelissimum. &c. &c. &c.

Dominica XVI. post Pentecosten.

CONCEPTUS I.

De observatione Festorum, & qua ratione illa celebrari oporteat.

Si licet sabbato curare? Luc. 14.

EXORDIUM.

Deus sibi reservavit diei Festi, in lege natura, in lege scripta, & in lege gratie. Iudai præter sabbatum habent Festa quadam præstipulata.

1. B. Eignissimus Deus, ex rebus omnibus, qua creat, sibi aliquid reservatum voluit, ut ex adificis mundi templa, & fructibus decimas, ex membris humanis cor, e tempore, quod nobis indulget, hebdomadatim unam diem. Idque ultimum statim a mundi initio fuomet exemplo docuit: Benedictus dies septimo. (Gen. 2.) Quærit S. Chrysoft. (hom. 10. in Gen.) in quo benedixit? nempe, quia segregavit hunc diem ab alijs; & sanctificavit illum, eo quod in illo requieverat ab omnibus operibus suis. In lege deinde scripta expressum mandatum Deus populo Iudæo dedit: Memento, ut diem Sabbati sanctifices, eaque lex tanto cum rigore observabatur, ut siquis deprehensus fuerit in sabbato tantum ligna colligens, publice a populo fuerit lapidatus. Tandem, abrogata veteri lege, in lege gratie, ne populus Christianus Iudæizare videretur, sabbato substituta sunt Dominica dies, & hoc præcipue, quia eadem die Salvator noster e sepulchro rediit vivus surrexit, & nobilissimum opus Redemptionis nostræ complevit. Oportet credere, hanc morem ab ipsis Apostolis statim post Resurrectionem Christi Dominus fuisse introducit; nam S. Ignatius Martyr, Apostolicum cotemporeus, Dominice mentionem facit, eamque specioso titulo Regnam, ac Principem omnium dierum compellat. Quammodolum autem Iudæi præter Sabbathi Sanctificationem alijs festis dies per annum a Deo præscripti sunt, uti dies Pasche, & Pentecostes, Festum Tubarum, Festum Propitiatis, & Expiationis, Festum Tabernaculorum, & Collocorum, præter que etiam ipsi Iudæi quatuor festa ultra instituerunt, nimirum Festum Liberationis per Elter Regnam, Festum Dedicatæ Templi, Fe-

stum igni Sacri, & denique Festum, ob Nicenoris mortem celebrari solitum; ita in Legge nova ab Ecclesia constitutum est, ut quibusdam Festis SS. vel B. Virginis, Apostolorum, & particularium quorundam Patronorum sæcularibus, ac veneratis, ac ipsi Dominica, a Populo Christiano exhiberetur.

2. Proposita. Quæritis, Christiani Auditores, quem in finem hoc prælidium edifieram? certe non illum in finem, nisi ut de Sanctificatione Festorum hodie agam, & methodum ea sanctificandi ex ipso Christi Domini Exemplo præscribam. Atratos vos esse precor; quia Doctrina hæc est præ ceteris utilis, & necessaria ad emendationem morum, qui nunquam vitiosus, proh dolor! quam Festis diebus committuntur. &c.

Christus quingio agros curavit in sabbato.

3. Diviso. Pharisei, ut erant in suis actionibus hypocritæ, ita adeo superstitiosissime celebrabant sabbatum, ut & opera misericordie, qualis est curatio infirmorum, illa die illicita esse iudicarent; ideo continuo cavillabantur Christum Dominum ob beneficia in sabbato miseris mortibus exhibita. Hæc causa fuit, cur hodie Redemptor, antequam hydropicum sanitatis restituit, eos quasi ironice interrogavit: Si licet curare sabbato? Et ut salutariter Phariæica opinio ostenderet, qui nos omnino agros sabbathinis diebus sanavit: nimirum primo, hodiernam hydropicum. Secundo malierem, ex infirmitate incurvatam. Tertio, habentem manum aridam. Quarto, cacum natum. Quinto denique miserum hominem, triginta octo annis in piscinae limine commorantem. Verum hæc ipsa quintuplici curatione nobis instructionem dedit Redemptor, qua ratione sabbatum, hoc est, festus dies rite celebrare debeamus. Percurramus singula.

S. I. In festis diebus laboret, & negotia intermittebat.

4. Confirmatio. Præmo igitur Christus Dominus in sabbato curavit hodiernum hydropicum. Habent hoc huius generis morbi, ut semper fiant, eum inslar piscis innatant poterunt; tamen die tridua semper faucibus conquestrantur: unde Poeta: Quæ plus sunt pota, plus stridentur aqua. Voluit ergo Dominus significare, quod in diebus festis illis terentur desideriorum, qua homines mundani ardent, extinguat debeat. Quamvis Dominus Deus lex ferri primans dies negotijs, labori, officio, ac lucrando industrie dederit, inæspiculis tamen est cupiditas, ait Ambrosius (1. de Nab. c. 6.) que plus transiret, plus sinit. Insatiabilis huic cupiditatis ingulvis limites, ac cancelli potius sunt per dies festos; quemadmodum igitur Abraham, in montem Moriam ad Sacrificium offerens, ad radicem montis præcepti famulis

B b 2

Expre-